







HIERONYMI DE BOSCH

OBSERVATIONUM ET NOTARUM

IN

ANTHOLOGIAM GRAECAM

VOLUMEN ALTERUM,

QUOD ET INDICES CONTINET.

OPUS BOSCHII MORTE INTERRUPTUM

DAVID JACOBUS VAN LENNEP

ABSOLVIT.



ULTRAJECTI

E TYPOGRAPHIA J. ALTHEER,

MDCCCXXII.

PRAEFATIO.

Tandem aliquando prodit Quintum hoc Anthologiae Boschianae Volumen, quod ne citius in lucem emitteretur, variae obstitere causae, primum mors Editoris, deinde tempora publice privatimque literarum studiis incommoda, deniqae ipsa operis absolvendi ratio, quae mihi manum ei ultimam e defuncti voluntate adjecturo diu mentem ambiguam habuit, meumque progrediendi studium cohibuit. Non queror, quod parata quidem omnis Indicum materia, sed non digesta erat. Poteram enim digerendi labore fungens sic officio satisfacere. Itaque statim ac lubenter eo functus sum. Ad molestum magis et scrupuli plenum hoc erat, quod Observationes et Notas Boschii ad quinque posteriores Anthologiae libros maximam partem adfectas, non perfectas invenie-

niebam, majorem adeo partem non nisi leviter adumbratas. Hic magna oriebatur quaestio, utrum sic dandae essent notae, ut erant ad Wechelianam Editionem defuncti manu scriptae, an vero eas sive ex aliis Boschianis copiis, sive e meis quibuscunque auctiores factas ita demum oporteret in lucem edere. Circumspicere coepi relicta a Boschio, quibus ad notas uterer, subsidia: sed non nisi paucissima comparare mihi potui, quamvis liberali in me cognatorum et heredum ejus voluntate. Itaque, si notas vellem ornatiores prodire, pleraque de meo penu adjicienda videbam. Sed hic varia occurrebant. Nam nec mea poteram pro Boschianis dare: et, si quodam indicio illa ab his distinguerem, verendum erat, ne lector utraque conferens, meaque Boschianis locupletiora inveniens, hinc iniquius et super ejus eruditione et super meo in illum animo statueret. Atqui Boschius eam habuit doctrinae copiam, qua, si fata porro ipsum uti ad absolvendam Anthologiam sivissent, facile vel multo me doctioribus antecellere se probasset, et vero tanta fuerant viri optimi in me merita, ut nihil minus committendum mihi ducerem, quam quo viderer ejus existimationi laudibusque vel levissime voluisse officere. Praeterea, quominus multa adderem de meo, prohibebat primum formido, ne moles voluminis copiosissimos etiam Indices complexuri nimis augeretur, deinde cogitatio felicissimam Ja-

cob-

cobsii, Viri Cl. industriam tantum super Anthologiam Graecam lucis affudisse, ut novo ad eam commentario nihil magnopere opus esse videretur. Itaque rationibus omnibus subductis satius putavi, notas Boschii sic ferme, ut eas invenissem, dare, quam paucissima iis adjicientem de meo, quae inclusa uncinis etiam nota L addita distingueret; caeterum, si quid forte insuper ad Anthologiam Graecam, ejusve a Grotio factam interpretationem, qua praecipue commendatur haec Editio, mihi monendum esse videretur, illud potius reservare Addendis ad calcem operis. In hac igitur ratione acquiescens, eam deinceps tenui: tantum, quod nihil ferme Boschius ad Tertiam Quartamve Mantissam adnotationis reliquisset, Jacobsius etiam minorem saepe Quartae Mantissae Epigrammatum rationem habuisset, uberius mihi in ea loca commentandi necessitatem impositam, certe potestatem factam existimavi. Symbolae a M. Tydemanno *Viro Cl. ad hanc operis partem nobis missae, quatenus sero venerant, in Addendis collocatae sunt. Serius etiam ad me delata* Huschkii, *Viri Cl. in Prooemium Agathiae Commentatio dignissima sane, quae reciperetur, loco recepta est, quo potuit, post Laudationem Boschii, quam olim a nobis scriptam et vulgatam hic repetendam duximus, ut esset hujus initio Voluminis testata nostra in illum pietas, quemadmodum suam ille in me meosque*

voluntatem superiorum initio voluminum declaratam voluit. Ei laudationi congruum sane ornamentum accedit ipsius desideratissimi Viri ad vivum expressa imago, cujus tabulam aeneam perbenigne mihi dono obtulit defuncti cognatus, vir optimus et nobis amicissimus, Hieronymus de Vries. *Itaque tum huic viro, tum aliis, quorum symbolis uti ad hanc Editionem licuit, valde, etiam eo nomine, me obstrictum profiteor. Meo qualicunque labore si defuncti voluntatem pie et fideliter exsecutus videar, satis mihi ad laudem habebo. Scribebam Amstelodami ipsis Kalendis Novembris* CIƆIƆCCCXXII.



MEMO-

MEMORIA
HIERONYMI DE BOSCH,

IN PRIMO PUBLICO CLASSIS TERTIAE REGII BELGICI
DOCTRINARUM ATQUE ARTIUM INSTITUTI
CONSESSU CELEBRATA

DIE XIII NOVEMB. MDCCCXVII.

A

DAVIDE IACOBO VAN LENNEP.

Quod dudum, AA. OO., officium a me pietas poscebat, aliquando tamen exsequar hac hora. Virum optime de me meritum, HIERONYMUM BOSCHIUM, laudabo hic loci, ubi nescio, an et opportuna maxime, et ne sera quidem, ea laudatio habenda sit. Namque ubi melius laudari illum a me conveniat, quam ubi surrogatus ipse fui in locum mortui? aut quomodo citius ei satisfacere hic potuerim officio, quam in primo hoc publico Classis nostrae consessu? Quod si tarditatem huius occasionis reputantes quidam, me non exspectare eam, sed potius aliam quamvis occasionem occupare debuisse statuunt, sciant illi, me quoque idem id propositum habuisse, verum eam rem quam maxime agenti impedimento fuisse publicorum temporum difficultatem. Meministis, AA. et anno, quo mortuus est BOSCHIUS, et insecuto biennio, quis fuerit reipublicae nostrae status! Erat tum ille servitutis dies, qui dimidium homini adimit virtutis. Itaque meus quoque animus, et praesentium intuitu malorum et imminentium

for-

formidine perculsus, nisi plane conciderat, certe spiritum et vigorem pristinum amiserat. Et vero tum de BOSCHIO, viro libertatis amantissimo, quomodo libere loqui libertatis ipse amans potuissem, cum tot in lateribus nostris haerentes suspiciosae tyrannidis ministri ne umbram quidem paulo liberioris vocis ferrent? Haec diebus illis semper se obtrudens cogitatio meos tum laudandi BOSCHIUM conatus fregit. Nam conatum me fuisse nemo dubitet: et, quam questi sunt nonnulli longiorem huius a me praestandi obsequii moram, certum isti, velim, habeant, mihi ipsi tam molestam semper esse visam, ut in omni vita gravius aliqua re vexatum me non autumem. Futurum tandem est, ut simul et meo officio et vestrae, A. A. diuturnae exspectationi satisfaciam. Annus, fateor, hic jam septimus agitur a morte BOSCHII, sed neque is erat BOSCHIUS, cujus tam cito obliviscerentur cives sui, et meus est is in hodierna viri desideratissimi recordatione sensus, ut vividior esse proximo ab ejus morte anno vix potuerit. Nam virtutis, quae in BOSCHIO enituit, animo meo tam illustris obversatur, aut potius infixa insidet imago, ut eam inde nulla unquam dies exemtura sit: quam imaginem dum vobis enarrando viri vitam hic repraesentare conor, dicenti mihi benignis, quaeso, animis atque auribus adeste!

Natus est HIERONYMUS DE BOSCH hac in urbe anno superioris saeculi quadragesimo, mensis Martii die vicesima tertia, patre Hieronymo, nobili inprimis Pharmacopoeo, matre Catharina van der Heyden, lectissima femina, quae marito praeter eum, de quo dicere aggressi sumus, filios tres, Ianum, Bernardum et Gregorium, filiasque duas, Catharinam et Iuditham peperit. Huius numerosae domus pars noster statim a teneris, et diligere et diligi quam suave esset, quotidiano didicit experimento, concordem eam florentemque familiam facile tuente unanima parentum amborum pietate, cui mutuus respondebat liberorum amor. Habebat porro puer HIERONYMUS, quos venerandos vitae studiorumque duces sequeretur, quorumque

que item quotidiano ac domestico exemplo omnem et virtutem et humanitatem disceret, primo avum paternum, Hieronymum, virum sanctissimum, quem eximia artis medicamentariae peritia, nec minus morum integritas, adeo civibus suis commendaverat, ut esset incredibilis eius apud omnes gratia; unde splendidissimo munere Collegii Medici, quod vocabant, Inspectoris, iuvenis olim ornatus a Consulibus, id per quinquaginta annos in extremam usque senectutem maxima cum laude gessit; deinde patruos, viros tum honestos, tum ingeniosos inprimis, Henricum ac Bernardum, utrumque poëseos Belgicae laude clarum, quamvis hac parte major esset iunioris Bernardi fama, ut contra Henricum artis Medicae, quam exercebat, aliarumque rerum haud vulgaris scientia nobilem prae fratre faciebat. Puer secundum parentes plurimum his cognatis suis, avo maxime patruoque Henrico, tribuebat. Itaque facile sibi persuaderi passus est, ut in avitam paternamque artem institueretur, avi in officina primum adiutor, deinde successor futurus; utque doctius et maiori cum laude hoc agendi rationem ab accurata Latinarum literarum disciplina peteret. Itaque mittitur HIERONYMUS in scholas. Ibi quamvis probabilia, non praeclara tamen eius initia fuerunt. Apparebat, eum in addiscendis literis magis adhuc aliorum, quam suum ipsius iudicium sequi. Praeceptores nihil ferme, quod reprehenderent, habebant, multa adeo, quae laudarent: tanquam summam in audiendo sedulitatem, in obtemperando modestiam, erga se observantiam, erga condiscipulos lenitatem. Soli progressus non illi erant, quos a puero tam felicis indolis exspectares. Vel potius illa tam felix indoles praeceptorum plerosque fugiebat: neque enim cuiusvis est latentes in puerorum animis virtutum igniculos perspicere et perspectos excitare. Puer inferiorum Classium spatia emensus, ita tandem in disciplinam venit Wilpii, qui Conrector Secundae praeerat. Vir ille cum insigniter doctus, tum et dignoscendis formandisque discipulorum ingeniis

peridoneus erat. Statim eum advertit egregia pueri BOSCHII natura, quae tantummodo commovenda et incitanda esset, ut progressus et maximos et celerrimos faceret. Videbat, segnem iacere vim ingenii, puero etiam ipsi incognitam, quod priores magistri, in probabili satis mediocritate eius acquiescendum sibi putantes, nihil ab ipso amplius requisivissent. Videbat, puerum in pensis elaborandis tantum id agere, ut citra reprehensionem esset, ceterum malle cum aequalibus colludere, quam chartae et veterum libris impallescere. Videbat tamen eundem et laudis haud mediocriter avidum, et nihil aeque expavescentem, quam aut praeceptoris aut parentum, aut eorum omnino, a quibus amari cuperet, offensam. Inventa iam ei via erat, qua puerum in ardentissimum literarum amorem coniiceret. Cum denuo forte negligentius eum in penso versatum animadvertisset, sequentibus aliquot diebus non modo nihil ab eo pensi exegit, sed ne allatum quidem inspexit. Hoc primo die puer non multum curare; postero, quid esset, mirari; tertio aegre ferre coepit: denique, cum iam certum haberet, se a praeceptore negligi spernique, adeo tulit impatienter, ut parentes rem diutius celare non posset. Pater eius rogatu Wilpium adit, quid rei sit inquirit. Intellectam autem magistri rationem vehementissime statim probat. Itaque domum reversus filio auctor est, ut obstinatum praeceptoris animum industria diligentiaque frangere conetur: aliam rationem eius placandi non esse. Puer patris monito obtemperat. Grave tamen adhuc Wilpii supercilium horrescit. Vix tandem, ubi paulo remissius illud observare sibi visus est, animus ei factus est praeceptori pensum, quod summa cum accuratione elaborasset, trepida voce manuque offerendi. Magister, videamus, inquit, an operae pretium fuerit inspexisse. Pensum in manus sumit; inspicit; videt diligentiam adhibitam, videt adeo progressus. Itaque puerum non clementer modo alloquitur, sed collaudat etiam. Noster ille sibi in coelo esse videbatur. Ex eo die

in-

indefessa industria, incredibili ardore totum literis se tradidit, ut, qui antea sextum in classe locum vix tenuerat, iam cum classis principe de victoria contenderet. Itaque Wilpius ei plurimum favere coepit: ipse vicissim eum praeceptorem suum, ut alterum patrem, colere ac diligere. Quem pii gratique animi sensum omni vita BOSCHIUS servavit, ita ut ingentia Wilpii in se merita lubentissime semper praedicaret. Ex huius disciplina porro in Rectoris Arntzenii scholam traductus, ibi quoque celeriter enituit. Maiores quotidie notabantur eius progressus. Iam enim non, ut praeceptoribus duntaxat satisfaceret, sed sua sponte, suo ipse iudicio literas amplexabatur. Iam in Cicerone, Horatio, Virgilio quid pulcri inesset ac venusti, ipse animadvertere ac sentire coeperat. Iam percussum ei pectus erat haud vulgari veterum amore elegantiarum, quas ipse etiam scribendi exercitiis adeo iam feliciter aemulabatur, ut ingentem omnibus de se spem faceret. Oratio quidem eius, quam trivialibus scholis valedicens, annos tum septemdecim natus, habuit pro vera fortitudine, ita probata fuit, ut praelo digna censeretur, cui subiecta in Auctoris laudem aliquot commilitonum carmina, ut disertum ei profectuum et eruditionis testimonium, ita haud dubie quoque tacitum tribuunt comitatis, facilitatis, humanitatis, quibus factum, ut ab iis etiam, quos ingenio doctrinaque superasset, nihilominus multum et amaretur semper et coleretur.

Adolescens, cum hoc esset animo ingenioque, facile ab suis impetravit, ut sinerent eum, etiam post decursum spatium scholasticum, coeptae studiorum viae insistere, atque ulterius adeo in ea progredi; parentibus scilicet omne eius rei arbitrium avo permittentibus, cui dandus iam adiutor esset nepos; avo facile precibus nepotis indulgente, quod et ipse eum non e vulgari formula pharmacopoeum, sed sui quam simillimum fieri cuperet. At vero maxime quoque avum et parentes movebat eximia

quaedam Athenaei Amstelodamensis opportunitas, in quo tum Graecas Latinasque literas, eloquentiamque et poësin doceret elegantissimi ingenii vir, P. Burmannus Secundus; neque sane illis committendum videbatur, ut hunc talem virum audiendi occasione tam et commoda et propinqua nihil uteretur adolescens illo ingenio, illo in literas amore, iis studiorum iam profectibus. Itaque Burmanni Secundi fit auditor BOSCHIUS.

Esse in hoc coetu quosdam scio, quibus item Burmannum audire contigerit, seu privatim eum docentem sive publice. Meminerunt illi, de quo traditum ego ab aliis accepi, quanta fuerit Burmanni in docendo alacritas, maxime praestantiorem aliquem Latinum poëtam exponentis; ut operam dederit, ne quid pulcri in eo vel venusti auditores suos fugeret; ut in efferendis modulandisque versibus studium posuerit; quae vox eius fuerit, quae contentio laterum, quae iactatio capitis, qui micantium oculorum ardor. Has egregias Burmanni dotes cogitate mihi, quaeso, A. A., tum vero huic praeceptori traditum in disciplinam BOSCHIUM. Quod auditorum Burmanni neminem nisi stupidum aut ad poëticos certe affectus frigentem haud summopere lectionibus iis afficiebat, illum ut afficere debuerit, cogitate. Et profecto videbitis eum prima statim lectione totum a docentis ore pendentem, avide praecepta eius haurientem, ad citatos poëtarum versus ita incalescentem, ut vultu gestuque incredibilem animi aestum prae se ferret. Sic incensus inflammatusque domum redit. Ibi quam diligentissime audita repetit; auctorem a Burmanno tractatum, alios etiam, quorum excitata ab eo loca meminisset, iterum ipse inspicit, legit, meditatur, haud minore quam antea animi oblectatione, maiore etiam quodammodo ad cognitionem fructu. Quod dum quotidie facit, tantam brevi cum optimo quoque Latinitatis auctore familiaritatem contrahit, ut sensu Romanarum elegantiarum penitus imbueretur ei pectus, acuente etiam sensum illum imitandi studio, et ipso e Burmanni institutione aucto, quod

quod in huius lectionibus non solum antiquorum poëtarum loca inter se conferrentur, sed recentiorum quoque Latini carminis auctorum, Italorum maxime et Batavorum, venustiores subinde aliqui versiculi et lusus afferrentur, unde scite imitandi rationem studiosi adolescentes intelligerent. Et vero optimum huius rei exemplum habebant ipsum Burmannum, hac sane ingenii dote nulli de recentioribus secundum, sed elegantem inprimis nec profecto humilis spiritus poëtam. Itaque BOSCHIUS quoque ceteris suis exercitiis domesticis magis magisque iam poëticum adiungit, nunc Horatii lyrica Elegiaco metro exprimens, nunc etiam suo aliquid Marte proferens. Personat avi officina versibus, haud cessante interim solito labore. Videt iuvenem avus modo thecis medicamentorum atque capsulis, modo strue literaturae veteris librorum chartarumque septum, eademque industria modo formulam mixturae meditantem, modo Flacci locum aut Maronis. Compositio eum inde medica exercet, hinc poëtica. Continuo it, redit, a tritura ad calamum, a calamo ad trituram. Videt avus, placideque iuveni subridet, tam doctrinae avido, tam officiorum memori, et erudito et strenuo et pio; multumque sibi de nepote hoc gratulatus senex tum impense gaudet praesentibus, tum laetissimam quoque futurorum spem concipit.

Neque vero ipsum ea spes fefellit. Annus agebatur superioris seculi sexagesimus, BOSCHIO aetatis vicesimus, cum adscriptus ille Pharmacopoeorum ordini sociusque mox ab avo in officinam adscitus magna eum parte operae curaeque sublevare coepit. Quod ut gratum esse homini debuit, ita nescio tamen, an studiosissimum nepotis avum maiore laetitia affecerit illius tum doctrina, insigni venustate ac lepore condita, tum vero nata inde apud Burmannum aliosque primarios viros existimatio, quam summus sequeretur omnium favor atque gratia. Qui politioris ingenii iuvenes in Burmanni scholas ventitarent, ii ferme etiam BOSCHII fami-

miliaritatem expetebant, certum habentes, id quod erat, fore ut plurimum ex ea suavitatis atque commodi perciperent. Ita statim ei conciliati sunt nobiles imprimis Burmannianae disciplinae alumni, Ianus Helvetius, Laurentius Santenius, Gerardus Hooftius, Petrus Nicolaus Arntzenius. Ab his diu multumque invitatus BOSCHIUS, ut in sodalitium poëticum, quod illi Burmanno auctore instituerant, socium se cooptari pateretur, huic quidem eorum voto, quamdiu avus ipsi in vivis fuit, cedere constanter recusavit, veritus scilicet, ne ita vel seni modestiam crearet, vel certe debitam huius fatiscenti iam aetati curam aliqua sui parte fraudaret. Literatis tamen amicorum studiis et vivente avo tantum tribuit temporis, quantum salva pietate potuit, et defuncto illo (superioris saeculi anno sexagesimo septimo) quantum reliquum ipse habuit ab officinae reique familiaris administratione. Tum quoque se in illud sodalitium adscisci passus est, id agente inprimis Ger. Hooftio, generoso iuvene et Consulis Amstelodamensis filio, cuius quanta fuerit laetitia novo hoc sodali adscito optime declaraverint hi versus, quibus eam testatam reliquit:

Gratia, Phoebe, tibi, vobis sit gratia, Musae.
Iam toties votis hora petita venit.
Hora venit, caris qua se coniungit amicis,
Boschius, Ausonio nobilis eloquio.
Illi iam dudum Clariae placuere sorores.
Iam dudum Aonio carmine nomen habet.

Laudatae ab Hooftio in sodali dotes eloquentiae Latinae et poëseos, etsi iam tum, ut apparet, satis erant notae familiaribus, ab hoc tamen ipso tempore magis etiam celebrari coeptae sunt in vulgus iis deinceps editis operibus, quibus ad maiorem in dies claritatem efflorescerent. Mox enim proficiscente in Angliam Hooftio, BOSCHIUS Epistolam sive Elegiam ad eum Iuliae, puellae amatae, nomine conscripsit, adeo illam affectibus

nu

numerisque suavem, ut continuo omnium studia admirationemque in se converteret. Secuta sunt alia carmina aeque venusta et polita; in his illud, quo praematura morte sibi Musisque intercepto Hooftio suo parentavit; quod pietatis officium alio cumulavit haud minore, dum Latina defuncti poëmata ad editionem colligit. Iis vero addita praefatio de vita et moribus Hooftii palam omnibus fecit, quantum etiam prosa oratione BOSCHIUS excelleret. Quae res tanto maiorem ipsi laudem attulit, quanto fere nihil esse rarius solet, quam ut ii, qui in versibus faciendis studium ponunt, iidem quoque soluti sermonis observare proprietatem noverint. At vero BOSCHIUS haud quaquam ex illorum erat numero, quibus omnia praeter poëtas sordent, quique nihil ipsi nisi cantare volunt. Ei quidem ab ineunte adolescentia non minus in deliciis fuere Cicero et Nepos, quam aut Naso aut Tibullus aut Horatius, nec quidquam ei magis ineptum videbatur quam quorundam superbissimum alterutrius sermonis fastidium. Ut igitur in utroque genere scribendi pariter se domi exercuerat, ita, quae primum ab eo sunt edita et solutae et ligatae orationis specimina, aeque statim ab intelligentibus probata sunt.

Itaque in Latinis literis iam eruditorum omnium consensu magnus habebatur BOSCHIUS, cum ille non contentus ea laude similem affectare coepit et in Graecis. Esse puto vestrum, AA., quibus mirum visum sit, me non prius hoc in BOSCHIO studium memorasse, cum tamen inter omnes constet, quantam ille etiam in his literis sibi scientiam paraverit, quamque praeclara eius scientiae monumenta exstent. Quid? num igitur non statim e Burmanni schola ardentissimum illum arripuit Homeri amorem, quo vel maxime postea nobilitatus est? Plurima, AA., alia BOSCHIUS Burmanno debuit, Homeri amorem ei non debuit; cuius rei causa mihi indicanda est, quamquam invito. Neque enim is ego sum, qui multis magnisque Burmanni Secundi in rem literariam meritis quidquam detrac-

tum velim: sed dicendum tamen id, quod res est. Non erat in eius clarissimi viri institutione illa Graecas literas tradendi ratio, quae multum ad accuratam linguae scientiam auditoribus prodesset. Homerum quidem Burmannus ita interpretabatur, ut plurimum temporis tribueret veterum Graecorum ritibus ac caerimoniis aliisque antiquitatis, quae vocatur, partibus aperiundis, multus etiam esset in excitandis aliorum poëtarum, maxime Latinorum, ex Homerico fonte ductis elegantiis, ipsas autem Homeri voces dictionesque fere non nisi obiter attingeret, satis habens earum significationem verbo indicasse, ceterum neque originem ostendens, neque diversum pro locorum varietate usum vocis, illic proprium, hic translatum. Itaque fiebat, ut a pertractata in iis scholis integra Homeri rhapsodia nihilo discipuli paratiores facti essent ad sequentis intellectum; fructus etiam animadversionum magistri super antiquitatibus Homeri aut frequente ea poëtarum principis apud posteros imitatione, qui profecto magnus extitisset intelligentibus Graeca, omnis iam periret non intelligentibus. Igitur e Burmanni disciplina pauci prodierunt Graece docti, neque BOSCHIUS adeo ex ea quidquam retulit, unde amore saltem Graecarum literarum imbueretur. Est quidem, ut hoc incredibile videatur plurimis, in Burmanni Secundi, at quanti viri, institutione haud satis momenti fuisse ad praestantiam Graecarum literarum commendandam BOSCHIO. Sed intelligitur hinc profecto, quantum curae sit ponendum praeceptori in principiis eius, quam tradit, disciplinae firmiter auditorum menti inculcandis; quamque nihil ipsi leve aut puerile habendum sit, quod discipulis expeditiora reddere queat studiorum initia, cum ab horum demum asperitate superata laetior incipiat patere disciplinae via.

Etsi vero adolescenti BOSCHIO neque cognitae satis Graecae literae, neque multum etiam ab illa institutione commendatae fuerant, attamen iudicium eius ad maturitatem perducente aetate, fieri aliter non potuit, quin

quin adsidua eum Latinorum auctorum lectio magis magisque ipsa ad instaurandum Graecae linguae studium alliceret. Nam quo melius Latinorum scripta intelligebat, eo plura esse in iis perspiciebat ex alieno veluti solo translata. Poëtarum quidem ipse sermo totus Graeco colore quasi tinctus indicium ei perpetuae imitationis manifestum erat. Videbat vero etiam apud Ciceronem in philosophis quidem operibus omnia desumta esse ab Graecis, sed et plurima in oratoriis libris; et omnino infinitam ei mentionem esse videbat Homeri, Socratis, Platonis, Demosthenis tanquam optimorum et intelligendi magistrorum et dicendi. Sic vero ipsi liquebat etiam, imperfectam esse ac paene mutilam Latinarum literarum scientiam, nisi adiunctam quoque cognitionem haberet Graecarum. Has igitur ut iam ardentissime appeteret, cum praedictae inprimis valuerunt causae, tum haud parum etiam monita et auctoritas duorum eruditissimorum virorum Petri Fonteinii et Ludovici Casparis Valckenarii. Ad hunc BOSCHIUS subinde Leidam excurrebat; illum quotidie invisebat domi, sacra in hac urbe facientem apud Teleobaptistas, quorum ipse unus erat BOSCHIUS. Cum igitur haec sacrorum communio aliquid iam inter eos familiaritatis peperisset, eam multo magis etiam auxerunt communia utrisque literarum studia. Sed Fonteinius uti Belgicarum atque Latinarum elegantiarum eum a multa lectione sibi nactus sensum erat, cuius acumen merito omnes mirarentur, ita literarum etiam Graecarum valde et studiosus et peritus erat; quippe qui oblectamentum sibi senectutis in parandis novae editioni Characteribus Theophrasti quaereret. Hic igitur vir auctor esse BOSCHIO non destitit, ut quam primum Classicos Graecos etiam legeret auctores, eorumque legendorum initium ab Homero faceret, omnis elegantioris doctrinae fonte. Eadem ista BOSCHIUS admonentem etiam Valckenarium audiverat, eaque vera esse quovis ipse melius intelligebat. Itaque nihil amplius cunctandum ratus, iam virili ille propior aetati, puerilibus denuo Grae-

-ae linguae rudimentis se addicit, vetera illa trivialium scholarum pensa repetit, summam in discendis iterum elementis curam ponit, nec nisi ab-liis bene perceptis ad lectionem se Homeri confert, cuius divini vatis iam insigni tactus erat religione, unde nec leviter eum aut perfunctorie tractare statuit, sed ita, ut singulas eius partes, dictiones, voculas ad grammaticam diligentiam exigeret. Nec laboris ei defuit constantia; sed, quod parvum adhuc Graecae linguae usum haberet, saepe eum in difficultates incidere necesse erat, ex quibus ipse expedire se non posset. Neque de singulis tamen ad Fonteinium referre pudor eum ac verecundia sinebant. Unicum igitur fore videbatur malo remedium, si de iunioribus aliquem nactus esset adiutorem, quem ipse invicem aliis in rebus adiuvaret. Ac propitiam hic habuit fortunam. Talis enim adiutor ei continuo obtigit adolescens humanissimus, Petrus Stinstra, qui tum forte in hanc urbem venerat, ut prospere coeptum Franequerae studiorum cursum hic in Teleobaptistarum seminario studiis maxime Theologicis perficeret. Is, ut minus quam BOSCHIUS in Latinis auctoribus versatus, certe non tam penitus usu intellectuque eorum tinctus erat, ita longe longeque supra BOSCHIUM scientiam Graecarum habebat literarum. Itaque alter in alterius notitiam ut venit, quod cito factum est per communem amicum Fonteinium, statim intellexerunt, habere alterum, quod alteri deësset, summumque in eo verti amborum commodum, ut et familiaritatem inter se et commercia studiorum iungerent. Servat etiam nunc Stinstra, vir amplissimus, gratam eorum memoriam conventuum, quos ante annos quadraginta et amplius per biennium quotidianos fere sub vesperam habuit cum BOSCHIO. Servat ille, quem exinde totum sibi vindicavit Franequera, in qua urbe sacris diu caste puriterque factis, curatione etiam Academiae perfunctus, otium iam cum dignitate senex agit, servat igitur etiam nunc gratam eorum memoriam conventuum, quibus ipse et BOSCHIUS in huius aedi-

aedibus iucundissimos de literis sermones saepe in multam noctem protrahebant; cum ab ipso BOSCHIUS minus intellecti sibi vel Homerici vel Lucianei loci explicationem peteret, ipse BOSCHIUM audiret vel Horatii Lyricorum aliquid, vel Virgilii Georgica aut Librum quartum Aeneïdos, evidenter sibi ad sensum affectumque pandentem; cum haud raro etiam sub Elissae Tyriae mentionem suam Elissam BOSCHIUS recordaretur, versus huic ab se inscriptos recitaret, omnium et rerum et cogitationum suarum, laetarum, tristium, seriarum, ludicrarum conscium sodalem esse vellet. Is igitur Amstelodamo discedens quantum sui desiderium BOSCHIO reliquerit, facile AA. intelligitis. Ne tamen hic in Graecis literis adiutorem eum impatientius desideraret, cito factum est adventu Wyttenbachii.

Venit Wyttenbachius Amstelodamum anno superioris saeculi septuagesimo primo, cathedram ibi in Collegio Remonstrantium philosophiae et literarum ut capesseret. Eum in consuetudine versatum Valckenarii et Ruhnkenii, commendatione horum adeptum cathedram, scriptorem eruditissimae ad Ruhnkenium Epistolae Criticae, quomodo BOSCHIUS non amice statim advenientem exciperet? Wyttenbachius vero in hanc urbem veniens quomodo non vicissim BOSCHII familiaritatem expeteret, hominis amplissimorum civium gratia, nobilissimorum iuvenum amicitia florentis, ea vero bona consecuti bonis artibus, literarum maxime et humanitatis studiis, quorum ipse amore flagrans etiam alios incendere studeret; denique, quod paucissimi tum Amstelodami facerent, Graeca pariter amplexantis ac Latina, seque ita applicantis ad poëticen, ut nec prosam orationem negligeret. Sane prima statim congressione sibi invicem conciliati sunt hi viri. Quae congressio qualis fuerit, quos habuerit de literis sermones, quam utrimque significationem animorum, quae indicia nascentis mutui amoris; ut tum orta familiaritas cito in arctam creverit necessitudinem, mox et

occasionem dederit contubernio, quo per undecim annos Boschianae et domus et mensae consors fuit Wyttenbachius, utque semper et durante illo contubernio et soluto illo incorrupta steterit amicorum gratia, dissidentium aliquando, ut fit, opinione inter se, nunquam animo, haec igitur et, quae sunt cum his coniuncta, plura venustissime ipse Wyttenbachius exposuit in celebratissima illa ad BOSCHIUM Epistola, iam ab seniore ad senem edita, quae, dum literis Latinis suus honor erit, immortale feretur et ingenii amborum monumentum et amicitiae.

Inita cum Wyttenbachio familiaritas studium Graecarum literarum etiam auxit BOSCHIO, ut, cum una essent, vel hoc ab initio statim iis argumentum haberet sermo, vel de aliis forte rebus institutus omnis tamen cito huc rediret. Tum frequenter quoque ad manum iis erant Graeci libri, haud sane illi, qui tironum manibus versantur, sed altissimi ordinis scriptores Tragici, Comici, Lyrici, in quorum difficultatibus superandis digne versaretur sociorum industria. Tertius iis per biennium earum et lectionum et exercitationum socius fuit praestantissimus vir, Matthias Temminckius, qui sibi accessuro ad rempublicam recte hisce instrui vellet animum praesidiis, quibus fretus neque principum iras, neque plebis insolentiam, nec fortunae ludibria timeret.

Haec igitur, AA. iuvenis BOSCHII studia, hi deinceps studiorum eius socii fuerunt. Et studia egregia et socios fuisse egregios videris, quorum sane alterum alteri coniunctum esse solet, neque enim fere nisi inter similes sodalitia iunguntur, nec quidquam est, quod ad diligendum magis alliciat, quam virtus. Nescio tamen, an in nullo unquam homine magis eluxerit ea dos virtutis, quam in BOSCHIO. Quem quis bonus cognitum haud statim amavit? Quippe mirifice commendabatur eius virtus suavitate, indulgentia, candore. Itaque non literati tantum, sed et minus docti, quibus modo aliqua esset cum humanitate communio, lubentissime con-

sue-

suetudinem eius appetebant, ut iam illa aetate, de qua diximus, tanta eum multitudo amicorum coleret, omnium et bonorum et honestorum, quantam raro sibi aliquis vel amplissimo loco natus iuvenis sperare ausit. Nec vero aequalium modo, sed eorum quoque, qui aetate illum quam longissime antecederent, BOSCHIUS facile et paravit sibi gratiam et retinuit, ut Burmanni, ut Fonteinii, ut Gerardi Hooftii Patris, cuius etiam Consulis in eum favor iam commemorandus mihi venit. Unicum senis filium, supra iam laudatum nobis iuvenem Gerardum BOSCHIUS multum et amaverat vivum, et ploraverat immatura morte raptum, nec officii quidquam praetermiserat, quod valeret ad memoriam defuncti celebrandam. Ea pietas orbo miseroque seni tam accepta fuit, ut ab eo tempore nihil magis quaereret, quam quo digne BOSCHIUM remunerari posset. Huius autem rei occasio demum sese obtulit anno superioris saeculi septuagesimo tertio, qui BOSCHIO tricesimus tertius aetatis erat. Eo anno vacuum morte Wagenarii, praestantissimi historici, munus graphiarium BOSCHIO deferendum censuerunt Consules, suasore quidem maxime et auctore Hooftio, facile tamen huic obsequentibus collegis, qui dignum viderent Wagenario successorem dari.

Munus erat lautum iuxta et honestum, unde BOSCHIO multum ad rem familiarem emolumenti, aliquantum etiam ad dignitatem incrementi accederet. Quare vendita medicamentaria officina laxiorem sibi habitationem comparavit, in qua scilicet et contubernio Wyttenbachium recipere et libros suos, quorum iam ingentem copiam habebat, melius nitidiusque explicare ac disponere posset, vitam quae beatiorem facerent res potissimum duas esse statuens, amicitiam et bonarum studia literarum. Igitur his etiam impertiendum omne arbitrabatur otium, quod sibi a munere non magnum quidem, neque tamen nullum, relictum videbat. Et erant tum tempora, quibus otio secure frui, iucundeque cum amicis indulgere genio liceret.

Ve-

Vetus stabat adhuc vigebatque respublica. Foris pax erat; domi copia, quies, hilaritas. Nondum triste caput extulerat discordia. Amstelodami quidem singularis erat honestissimorum civium consensus in tuenda auctoritate optimatium, ut praesidio contra plebis licentiam et impotentem unius dominatum. Agmen ita sentientium ducebat Burmannus, cuius super historia patriae lectiones, in notandis principum plebisque vitiis acriter versantes, uti magnam habebant causae optimatium commendationem, ita maxima affluentia celebrabantur auditorum, non iuvenum modo, sed virorum etiam ac senum, ferme loci ac dignitatis splendore amplissimorum. Utque scholas eas lubentissime omnes audiebant, ita res etiam in iis tractatas cupidissime posthaec recolebant, sive lectione quisque et commentatione domestica, sive ut amicorum in circulis argumentum hoc sermonis ac disputationis facerent. Inde latius in dies illud historiae Patriae studium manavit, ita tamen, ut maxime res persequeretur proxime superioris saeculi. Nimirum erat omnibus in ore Grotii Barneveldiique causa, huius saeva mors damnati, illius carcer, fuga, exsilium; neque frequens minus Wittiorum fratrum, eorumque lanienae mentio erat. Locum etiam sibi heroës Trompii, Ruiterique vindicabant. Igitur oratores quoque et poëtae eam declamationum atque carminum materiam habebant, quique antea Musis unice litaverant generosi iuvenes, ii nunc coniunctim Patriae et Mūsis sacra sibi facienda existimabant. Institutum eo nomine sodalitium cito inter sodales etiam BOSCHIUM recepit, flagrantem et ipsum amore patriae, quem optimo cuique a natura inditum auxerant ei disciplina et familiaritas Burmanni. Statim ibi quoque praenituerunt eius dotes. Eum socii, quoties Patriae Musisque litandum esset, unum optimum ad sacra facienda vatem habebant; ubi vero sacris peractis indulgendum genio videretur, eum festivissimum vini magistrum, eum auctorem sibi hilaritatis praecipuum uno ore omnes agnoscebant. Ita BOSCHII

maxi-

maxime opera laeti semper illi conventus agebantur. Quae vero quantaque ea tum laetitia erat, cum anniversarius sodalitio rediret dies; cum spumantem mero calicem attollens BOSCHIUS omnium nomine solemnia patriae vota nuncuparet, eaque recitaret carmina, quae non minus uberem in eo poëticae venae copiam, quam integerrimum optimi civis voluntatem arguerent. Di boni! ut dicente illo sociorum tum ardebant oculi, gestiebant ad plausum manus, in coelum attollebantur animi! Ut bene de se quisque, bene de patria sperabant! Ut solidum illud ac sincerum erat gaudium! Quippe, nec praesentia eos tum angebant mala, et parvus adhuc futurorum erat metus: vetera autem sic recordabantur, ut eorum admonitu magis aleretur, quam infringeretur ipsis spiritus, erantque illis temporibus omnino literae secundarum rerum ornamentum, quae deinde factae sunt adversarum maxime lenimen ac solatium.

Hac igitur tanta felicissimi temporis commoditate BOSCHIUS etiam ad literarum studia gnaviter est usus, quod testantur editi studiorum fructus. Cum enim illa tempestate propter eas, quas dixi, caussas multi in illustrium virorum laudationibus scribendis occupati essent, eaque res Societatem Colendis Belgicis Literis Lugduno-Batavam impulisset, ut proposito praemio quaereret, quid maxime laudationem scribenti observandum esset, BOSCHIUS Latinam super hac quaestione disputationem scripsit tam egregie, ut et Leidensibus illis iudicibus plene satisfaceret, ab iisque positum praemium referret, et vero omnibus videretur optimam conscribendae laudationis rationem accuratissime politissimeque indicasse. Traditis praeceptis huius rei ne deficere exempla viderentur, item inprimis BOSCHIUS annisus est. Laudavit quippe circa haec tempora Petrum Cornelii filium Hooftium et Gerardum Ioannem Vossium; deinceps vero Confucium, Sinensem philosophum, Willebrordum, qui maiores nostros ad mitiora Christi sacra convertit, bonarum in Italia literarum in-

stauratores Dantem Aligherium, Petrarcham, Boccacium, denique familiares suos, nobilissimos medicos, Hermannum Gerardum Oosterdykium et Ioannem Rudolphum Deimannum, omnes Belgico sermone in conventibus Sodalitii a Concordia et Libertate nuncupati, quae laudationes summo audientium favore exceptae, partim etiam typis descriptae atque in vulgus sunt editae.

Erant inter familiares BOSCHII complures rei rusticae et rusticationis studiosi, quorum ille studiis obsequens instituto in hac urbe Sodalitio Promovendae Agriculturae non modo socium se aggregari passus est, sed ita quoque operam addixit, ut multos annos societati fuerit ab actis. Princeps eam rem urgebat vir gravissimus, Iudex et Senator huius civitatis, Fridericus Alewyn, cui plurimum etiam ob doctrinam tribuebat BOSCHIUS, quoniam ille vir, cum ruris amore literaturae veteris studium coniungens, Latinos quoque rei rusticae auctores Varronem et Columellam adsidue legere ac meditari solebat, ac super his et Georgicis Virgilii frequentes cum BOSCHIO sermones conserebat. Ipse BOSCHIUS circa idem hoc tempus quorundam eiusdem doctrinae studiosorum iuvenum in gratiam domi suae lectiones de Virgilii Georgicis habuit. Ceterum hactenus ruris amatorem egit, non ut ipse multum aut libenter rusticaretur. Urbem ac domum suam amabat. Ab huius instructissima Bibliotheca non facile se avelli patiebatur, quod amici lubenter ei condonabant. Quomodo enim talem bibliothecam haud amasset dominus, quae primo aspectu quemvis statim in admirationem rapiebat; cuius se intuitu satiare nemo poterat? Tanta erat librorum copia, is delectus, ea vel rarissimorum exemplarium integritas, ea omnium mundities, ille externus nitor atque splendor. Excusatum suum hunc lautitiarum amorem ivit BOSCHIUS in brevi Bibliothecae suae descriptione, quam haud diu ante obitum amicorum in gratiam paravit. Sed excusatione nihil indigebat vir optimus. Quid? Nonne Alexan-

xander ille Magnus, cui profecto animi humilitatem nemo obiecerit, capto inter spolia Darii scrinio, quod erat praestantissimae tum artis tum materiae, varios eius usus amicis demonstrantibus, imo Hercule, inquit, librorum Homeri custodiae detur, ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime divite opere servetur! Erat igitur, ut BOSCHIUM quoque faterentur omnes haud in alia re melius collocare potuisse suum id lautitiarum studium, quam in Bibliotheca, quae non domini tantum aedibus, sed ipsi adeo urbi ornamento esset, cum certatim ad eam visendam cives atque exteri concurrerent. Eam Bibliothecam mortuo domino distrahi per auctionem vidimus, iniquissimo tempore, paucis licitantibus, ita tamen, ut a pretii vilitate libros tum eximia ipsorum praestantia defenderet, tum vero, et magis etiam, nominis Boschiani caritas, quod, tametsi inter paucos, summa tamen licitandi aemulatio et contentio esset. Plerisque nostrum familiaritas intercesserat cum illis libris, quod libenter BOSCHIUS notos sibi homines in Bibliothecam admitteret. Omnino delectabatur ille hominum alloquio, non doctorum modo, sed et indoctorum, modo honestorum ac bonorum; et quemadmodum apud quosdam ruris studium maxime hominum fugam ac vitationem spectat, ita urbis amor in BOSCHIO nihil magis quam maiorem ibi socialis vitae opportunitatem et frequentiam spectabat. Neque amantem eum in urbe domum suam aegre ferre quisquam poterat, cum pateret ea domus omnibus. Nam quis unquam eius difficiles aditus expertus est? Cui unquam BOSCHIUS, quamvis alieno tempore ad se venienti, vultum trucem aut tetricum ostendit? Liquebat eum ex humanioribus studiis nihil avidius hausisse quam humanitatem. Frequenter ut ore usurpabat, ita re probabat Terentianum illud: homo sum, humani nihil a me alienum puto. Qui proinde, solus cum erat, librum semper aut calamum in manibus habebat, idem, advenientis hominis in gratiam, prompte semper et hunc et illum e mani-

bus ponebat. Itaque complures eum quotidie invisebant, ut eius vel doctrinae, vel opis, aut consilii copia, vel colloquii duntaxat hilaritate ac festivitate fruerentur; verumque ei hoc praeconium tribuit Wyttenbachius, hominem eum fuisse multorum hominum.

Hac igitur ille tanta lenitate atque humanitate vir, intelligitis, AA. quomodo affectus fuerit, cum accensum anno superioris saeculi octogesimo bellum Britannicum eas primum inter cives sparsit simultatum ac dissensionum faces, quae non nisi infinitis omnium miseriis ac paene ruina civitatis extingui potuere. Non sane exspectatis fore, ut illata illo tempore publice et privatim vulnera retractem. Sed tamen in BOSCHIO laudando prorsus praetermittere eius rei mentionem haud possum, cum forte alia res nulla magis patefecerit optimum eius viri animum. Videbat patriam secessione civium in duas partes divisam, veteres amicos suos inter se sensibus de republica discordes, non sine augescente in dies odio, mutuaque obtrectatione et invidia. Sententiarum quidem ipse, ut fit, alteram magis altera probabat; ab insana autem illa partium cupiditate semper alienissimus fuit. Sciebat utrimque bonos esse viros, qui, si positis odiis conspirarent, salvam praestare possent rempublicam. Itaque eos semper in gratiam inter se reducere tentabat, his praecipiens, ut in imperando modestiam, illis ut in libertate modum vellent. Ubi vero tandem, praevalente odio, dirimi civilem litem armis et quidem externis placuit, atque iis primum huic, deinde illi parti infelix quaesita est victoria, BOSCHIUS, ut clementer saltem uterentur ea, victores et hos et illos monere non destitit. Nec monentem eum quisquam aegre ferebat, cum perspectum omnes eius animum haberent, ut amici neque temporarii neque callidi, sed qui in illis partium et fortunae vicibus promptiorem semper se afflictis ostendisset. Hoc ille animo cum privatim antea profuisset multis, postea, publicum munus gerens Academiae Lugduno-Ba-

ta-

tavae Curatoris, insigniter et hominibus item multis et vero ipsi profuit Academiae, restitutis BOSCHII praesertim opera Professorum iis, quos iniquitas temporum inhonesto atque ingrato otio damnaverat.

Ornatus est illo Curatoris munere BOSCHIUS anno MDCCXCVIII, cum post varias imperii popularis, triennio ante invecti, conversiones atque turbas praevalescere civium illi coepissent, qui popularem civitatem cautius temperatam, et in libertate quietem atque leges vellent. His non poterat non placere BOSCHIUS. Itaque honorem ab his accepit eum, quem, si non esset nisi virtutis ac doctrinae ratio habenda, ei inprimis deberi omnium iudicio constabat. Quis enim magis quam ille florentissimam probitatis atque integritatis famam infinita eruditionis laude cumulaverat? Felices eius ab adolescentia in literis labores, insignem in literario certamine palmam ab eo relatam, ante memoravimus. Alia hic dicenda spectatissima indefessi viri opera, palmae intra quinquennii spatium (ab anno MDCCLXXXI ad MDCCLXXXV) e certaminibus reportatae quatuor. Quaesiverant Teyleriani legati Curatores, ut exponerentur veterum philosophorum inde a Thalete et Pythagora usque ad Senecam sententiae de statu animorum post mortem corporis. Ad hanc sane difficilem quaestionem ita respondit BOSCHIUS, ut Wyttenbachio primum praemium ferente, ipse primo proximum acciperet: inferior tantum iudicatus eo, quem in hoc literarum genere nemo facile eruditorum superaverit. Ad aliud plane genus pertinebat proposita ab iisdem Curatoribus alio anno quaestio, quae fuisset Ecclesiae Christianae praesertim in Oriente conditio sub invalescentem ibi Mohammedem. Attamen hanc etiam quaestionem eo successu BOSCHIUS tractavit, ut hic quoque alterum sibi inter victores locum vindicaret. Erant isti illius tanquam in alienum solum excursus, in

quibus cum tantopere excelluerit, haud mirandum utique, si, cum de poëtis et poësi quaereretur, illic tanquam in sua ditione princeps regnum sine aemulis tenuerit. Forte schola tum exorta erat hominum, qui in poësi tantum non omnia ad certam exigerent rationem, plurimum artificio tribuerent, multi essent in eius artificii regulis ac praeceptis inculcandis. Cum vero, ut fit, alii alia traderent praecepta, nec de artis legibus satis inter ipsos magistros conveniret, quaesitum est ab iisdem Teyleriani instituti Rectoribus, quo tandem modo optime dignoscerentur certae certo poëseos in genere vel argumento leges, quas nunquam negligi vel temerari fas esset. Responsum est a BOSCHIO praeter quaerentium opinionem, unam in poësi legem esse, naturam sequi, non quamvis, sed optimam ac pulcherrimam: hoc ut possis, primum opus esse ingenio, deinde studio, non illo in addiscendis magistrorum artis regulis, sed unice in meditandis poëtarum optimi cuiusque operibus ponendo: minus enim hic praeceptis, quam exemplis effici, nec aliunde melius artem imitandi naturam peti, quam ab iis, qui ipsi optime naturam expressissent: hos esse veteres poëtas Graecos et Latinos, inque his principem Homerum; a quo ceu fonte perenni Vatum Pieriis ora rigentur aquis; horum igitur lectionem haud satis commendari posse adolescentibus, qui quidem ad poëseos laudem adspirarent; eo veterum studio quondam apud nos Hooftium ac Vondelium, apud Gallos Racinium, alibi terrarum alios poëtas magnos evasisse. Responsum quamvis inopinatum ita placuit, ut quindecim iudicum fere unanimi consensu primum BOSCHIO praemium decerneretur. Neque satis hoc fuit. Movit auctoritas responsi viros, ut triennio post simile praemium pollicerentur ei, cuius maxime diligentia factum esset, ut poëtae Batavi, veterum linguarum rudes, ali-

quem

quem tamen fructum e poëtarum veterum, praesertim Homeri, carminibus et exemplo caperent. Reportavit BOSCHIUS et hoc praemium, edita totius Iliadis summa cum subiectis animadversionibus, unde discerent Batavi homines, quantum esset in Homerica copia ad alendum formandumque poëtam subsidii. Sane factus ad id videbatur BOSCHIUS, ut Homeri dotes ac divinitatem studiosis panderet, qui non modo aetatem in eius lectione trivisset, sed unus omnium maxime aptum ad eam rem ingenium attulisset, incorruptum illud et simplex et hilarum, et festivi instar pueri, celeres habens motus atque affectus. Neque enim omnium est hominum penitus Homeri ſuavitate affici; ſed beatum iudicamus eum, quem Homerus valde ceperit. BOSCHIUS quidem ad Homeri mentionem statim omnis ardebat; sic vero de eo loquebatur, ut qui bene natus adolescens semel loquentem audiret, continuo simul et Homeri amore caperetur et BOSCHII.

Facile vel me tacente intelligitis, AA., huic talis ingenii viro probari non potuisse recentiorum quorundam pervulgatam super Iliade opinionem, esse eam non unius vatis opus, sed e variis antiquorum poëtarum de bello Troiano carminibus a Pisistrato vel alio ingenioso homine in unum corpus redactum. Nimirum, probetur ea forte opinio quibusdam vel argutius disputantibus philosophis, vel singula verba ad vivum resecantibus Grammaticis, nulli unquam poëtae, vel poëticum duntaxat sensum habenti homini probari poterit. BOSCHIUS vero et acerrimum habebat illum sensum, et poëta ipse erat venustissimus; quae quidem laus ita inter ceteras eius laudes eminebat, ut forte nulla alia magis eum commendaverit. Versor, AA., in re nota. Quis enim est in hac urbe paullo honestior civis, qui non aut semet ipsum, aut suorum certe quendam familiarium, aliquo Musae Boschianae munere devinctum recordetur? Cum enim BOSCHII vita multis late amicitiis floreret, neque ulla essent amico-

rum

rum eius vel tristia vel adversa tempora, quibus non magnopere humanissimus eius animus afficeretur, huic affectus in eo benignitati succurrebat semper aequa carminis et venae benignitas. Itaque in collectione poëmatum eius, quam ipse auctor edidit anno huius saeculi tertio, innumera insunt ex eo genere carmina, quibus lectis nescias, utrum magis BOSCHIUM poëtam admireris, an vero ames hominem, quem fuisse maxime pium fratrem, maxime fidum amicum, maxime hilarum convivam luculente scripta eius arguant. Nec tamen hinc efficiendum, eum in grandioris stili argumentis parum aut nihil poësi valuisse. Contrarium docent alia in eadem collectione carmina. Sic Epistola ad Cornelium, parentem meum, scripta plena est liberrimae indignationis in quorundam importunam arrogantiam et aliorum abiectam servitutem. Sic in maiori carmine heroico, de Aequalitate Hominum, boni et prudentis viri super ardua quaestione sententiam paene Virgilianis versibus exposuit; in tradenda autem, eodem carminis genere, Ethica Philosophiae Criticae, summam argumenti difficultatem felicissime ingenio superavit. Non reticebo hic BOSCHII nobilissimum Carmen Lyricum ad Napoleontem, quo partam huius victoriis primo Italico bello pacem magnifice et Horatiano more celebravit. Non pigebit me referre, BOSCHIUM fuisse ex iis, quorum homo iste candori illuserit, ostentatione tum clementiae tum aliarum virtutum, quae spem facerent fore, ut per eum tandem vexatissimo terrarum orbi quies atque faustitas redirent. Malunt optima ingenia aliquando in fraudem illici simulatione probitatis, quam peiora semper de hominibus praesumere, quod Gallici Iuris praeceptum, isti forte populo opportunum, minus convenit nostratibus, et minime omnium conveniebat BOSCHIO.

Sed tamen eum, qui benevolentia duceretur in omne humanum genus, valde cruciabant tot sub exitum superioris saeculi grassantia per Europam

pam mala, quae, cum subinde finem acceptura viderentur, gravius semper denuo exsurgebant; et, quo erat BOSCHIUS in patriam amore, huius vehementissime dolebat sortem, foris hinc et inde afflictae, domi tristius etiam intestinis morbis quassatae. Nec privatim viri vita incommodis carebat, cùm neque uxor esset, quae moerentem eum alloquio reficeret (post tentatam enim frustra iuveni conditionem nuptiarum, postea acquiescendum sibi in coelibatu, nescio an pietate ductus, censuerat), et deinceps fato functae essent, quae diu domum eius contubernii societate exhilaraverant, mater atque soror. Commodum igitur, quod oblectamentum senectutis ac solatium malorum literas habuit, atque in hanc ipsam moestiorem vitae suae partem tale opus literarium suscepit, quod et genere laboris iucundissimam et magnitudine ambitus quotidianam ei praeberet a dolore aberrationem. Anthologiam dico Grotianam. Nempe Hugonis Grotii, immortalis viri, maximam BOSCHIUS admirationem adolescens iam ex illa Burmanni familiaritate hauserat. Ipse testatus est, sacro quodam horrore se correptum, cum Burmannum audiret nobile illud suum in Grotium Epigramma recitantem. Auxit illi in dies admirationem eam diligens editorum Grotii librorum lectio. Cum igitur in Burmanni bibliotheca asservari sciret ineditam Anthologiae Graecae Planudeae a Grotio concinnatam interpretationem metricam, facta Burmanni librorum auctione, cupidissime thesaurum illum sibi comparavit, quem perlustratum pretiosiorem etiam opinione sua deprehendit, vere iudicans, ex hoc opere vel maxime divinam Grotiani ingenii vim elucescere. Cuius enim hoc ingenii vel mentis est, inter infinitas occupationes, animi causa ac ludentem aliquot millia Graecorum Epigrammatum ita Latinis versibus reddere, ut non modo nihil de gratia decedat, sed saepe elegantiora etiam Latina Graecis reperiantur; lusus adeo verborum pro Graecis Latini exstent! Hanc tam insignem Grotii laudem BOSCHIUS haud sibi soli notam esse

voluit, verum splendide prodendam censuit in vulgus: maxime quod sciret ipsum Grotium in animo habuisse, suam interpretationem illam publici iuris facere, additis indicibus tum poëtarum, quorum Epigrammata in Florilegio essent, tum personarum, quarum in eo mentio fieret, tum etiam Chorographico et Historico. Cum igitur honestissimi typographi Traiectini, Wildius et Altherius, ad eam Editionem faciendam sese obtulissent, BOSCHIUS gnaviter curam Editionis suscepit. Itaque mense Martio anni MDCCXCV prodiit primum Anthologiae Volumen, libros continens primum et secundum, nitore Editionis dignum prelis Batavis opus, ut ab exteris etiam iudicatum est. Biennio post alterum exiit volumen, item binos habens libros, cui mox sequente anno tertium successit, reliquos Anthologiae libros complexum. Quo tempore igitur Academiae Leidensis factus est Curator BOSCHIUS, titulis suis hoc quoque iam annumerare poterat eximium, ut industriae, sic liberalitatis, et in patriam atque literas amoris sui monumentum. Quod enim laudi Grotii contulerat, certe laudi patriae contulerat, ut quae nullo unquam cive magis iure gloriata sit. Itaque et alii boni cives vehementer Editione illa delectati sunt, et praesertim laudatissimus Grotii laudator, Crassus, hanc amici sui operam probavit, ac successum huius ei gratulatus est epistola Latine scripta, quam qui postea typis descriptam utriusque familiares legerunt, omnes fassi sunt dignam auctore suo, dignam eo, ad quem scripta esset. Restabat, ut etiam eruditionis suae novum atque insigne BOSCHIUS documentum ederet, vulgatis suis ad Graecum Anthologiae textum notis. Hoc fecit in quarto Editionis volumine, quo parando quantam ille voluptatem ceperit, ipsa ratio operae declarat. Est enim ea non, ut properantis ad exitum, sed ut lubenter in hoc studiorum curriculo versantis; cum res ferret, grata ibi diverticula captantis, subinde adeo liberius per vicina literarum vireta exspatiantis. Itaque volumen illud, quod prodiit an-

no

no MDCCCX., non nisi notas in Primum et Secundum Anthologiae librum continet. Quintum idemque postremum volumen, complexurum illud tum in reliquos libros notas, tum compositos ad Grotii mentem indices, beatus senex tantum affectavit, prelo paratis ferme indicibus et notarum, quod ad sex priores Tertii libri titulos ornandos faceret. Forte desinit Autographum in citatione Horatiani loci:

Quis scit, an adiiciant hodiernae crastina summae
Tempora Di superi.

Sed non ea scribens demum incertam BOSCHIUS humanae vitae conditionem animo volvebat. Moverat ea cogitatio iam pridem eum, ut et saepe diceret mihi, editionem ipsius forte obitu destituendam meam porro curam exspectare, et idem hoc palam testatum relinqueret in Praefatione ad quartum Anthologiae volumen mihi inscripta. Quod cum fata sic tulerint, ut mors virum ante absolutam Editionem occuparit, ego, simul ac tam publica quam rei librariae tempora hoc siverunt, nil cunctatus sum, quin commissam mihi provinciam strenue susciperem. Quintum igitur Anthologiae volumen iam biennium prelum Altherianum exercet. Scilicet mihi non tam virium mearum habenda ratio erat, quam voluntatis viri optimi de me meriti.

Quamvis autem senex BOSCHIUS maxime esset libentissimeque circa illam Anthologiae Editionem occupatus, idem tamen haud raro, sive sponte sua sive rogatus, ad aliud se laboris genus, modo liberale et literatum, conferebat. Ita anno MDCCCI, cum a Teyleriani instituti Curatoribus posita esset ad literarium certamen quaestio, quae fuisset vis poëseos ad expoliendum humanum ingenium praesertim antiquissimis saeculis, BOSCHIUS suo ad eam quaestionem responso tantum non dubiam palmam fecit Tiedemanno, versatissimo in hisce literis philosopho. Anno autem octavo huius saeculi Rex Hollandici tum

regni Ludovicus, qui, quamquam ipse veteres literas ignorans, magnum tamen iis pretium statueret, nec minus bonorum virorum amore duceretur, eruditissimo optimoque viro BOSCHIO hunc honorem habuit, ut eum esse vellet inter Quatuor Viros, qui conceptam ab rege huius Artium Doctrinarumque Instituti formam accuratius per omnes partes suas describerent. Itaque BOSCHIUS etiam Decreto Regis inter primos huius Classis Sodales honorifice lectus est; et quamvis, iam gravante eum senio, raro potuerit Classis conventibus interesse, tamen ibi quoque suae aliquod industriae doctrinaeque monumentum exstare voluit, missis ad Classem s u i s C u r i s S e c u n d i s i n E p i s t o l a m H o r a t i i a d P i s o n e s, de quo scripto brevius iam dixerat in suis ad Anthologiam notis. Hae Curae Secundae, quod unum fuit e postremis desideratissimi viri operibus, volumen ornabunt Latinorum Classis nostrae Commentariorum primum.

BOSCHIO corpus a natura firmum erat, quod nec gravis unquam ei morbus, nec sibi ipse intemperantia labefactavit, homo in omni victus ratione continens; quo factum, ut ad longam satis senectutem facile pervenerit. Ceterum notabant medici, habitum corporis, cum in iuventute ei sanguineus, quem vocant, fuisset, procedente aetate paullatim abiisse in phlegmaticum, unde torpor quidam ingeneratus membris. Itaque postremis vitae annis non nisi raro admodum domo exibat, sed fere intra suum se Museum continebat; praesertim post fatalem illam anno huius saeculi decimo rerum conversionem, qua Gallico Napoleontis imperio pars vel potius provincia Batavi accessimus. Cui foris nihil nisi triste vel videndum vel audiendum esset, ei non potuit non magis magisque placere domi inter libros suos se abdentis quies. Ipsi illi salutares BOSCHIO ad sanitatem excursus Leidam, ut Curatoris ibi munere fungeretur, iam per tempora etiam omittebantur. Cum igitur ei corpus humoribus turgens

ma-

magis in dies torpidum evaderet, gravis et iustus erat medicorum metus, fore, ut in hydropem aliquando incideret. Sed virum optimum inopinatus casus abstulit. Cum enim ille primis anni proximi (MDCCCXI) mensibus item institutum illud suum servaret, ex adsidua ad focum sessione nata est ei per ignis vim in dextro crure pustula, quam scalpendo eum in modum lacessivit, ut cutem ibi crustula obtegeret. Hoc in statu per aliquot hebdomades mansit leve malum, cum ille amicorum monitis obediens a scalpendo sibi temperaret. Nocte autem quadam in somnis, ut facile fit, vellicando eam crustulam dimovit, quo facto statim orta est cutis ac vicinarum partium inflammatio, lenis illa quidem initio, sed adeo sensim invalescens, ut accedente febri valida nimis pro corporis senescentis viribus, ipsoque huius aquoso habitu malum augente, brevi illud in gangraenam abiret, cui succurrere frustra peritissimi Medici conati sunt. Itaque BOSCHIUS, postquam maximos dolores partim ex ipso malo, partim e curatione ortos cum insigni constantia pertulisset, tandem vehementius ingruente febri praeviumque lethi soporem inducente, placide et sine dolore animam efflavit ipsis Kal. Iuniis praedicti anni.

Constantia, quam in tolerandis sub extremam vitam cruciatibus ostendit, hoc admirabilior videri possit, quod minime corneam ille fibram, sed valde mollem atque teneram habebat. Verum neque in reliqua vita, quod tenerioris ei inerat naturae, quicquam obfuit, quominus, ubi res exigeret, fortem et constantem virum se probaret. Pridem ille animum firmaverat iudicio, ratione, multo rerum humanarum usu, diligenti veterum, inprimis sacrorum, librorum lectione. Ita placere hominibus studebat, ut ne pietatem erga Deum violaret, quae in ipso pure simplex erat et sincera. Religionis sensus altas in eius animum egerat radices, adiunctumque summum habebat recti studium. Non imbecilla ei mansuetudo, non lenitas erat sine robore aut nervis. Facilis hactenus, ut de suo iure lubentissi-

ne aliquid remitteret, idem erat, cum aliorum commodum verteretur, severissimus. Forte popularibus iis turbis pulso, quem collegam in graphiario munere coniunctissimum habuerat, H. Calkoenio, cum alius ei datus esset minus idoneus, incredibilem animi vigorem ostendit in cavendo, ne quid hominis istius scelere detrimenti caperet aerarium. Non verebatur ille potentibus amicis, ubi quid illi cupidius aut sordidius egissent, libere suum intonare turpiter. Neque in monendo tantum, sed et aliis in rebus semper acre suum libertatis studium prodebat, qui ne in literis quidem facile vincula ingeniis iniecta ferret, unde passim libris suis, et praefationibus adeo librorum, in ea invectus est, citra iurgium tamen, atque, ut virum humanum decebat, humane. Relabor, ut videtis, AA., ad humanitatem viri praedicandam, cuius in eo primariae virtutis certe etiam hoc fuit, quod, ut in omni vita, sic in libris suis studiose semper a rixa sibi temperavit, libere suam aperiens sententiam, ceterum nemini inferens iniuriam, multo minus id agens, ut e Ciceronis sui scriptis potissimum Vatinianam, vel in Pisonem invectivam legisse videretur. Itaque ventitantes ad se adolescentes laudis ac doctrinae cupidos etiam sedulo monebat, ut a literariis sibi iurgiis caverent, lacessiti nihil responderent, vel certe in respondendo modestiam imitarentur Heynii, viri praeclari, quem BOSCHIUS unice tum ob doctrinam suspiciebat, tum ob humanitatem amplexabatur, quod declaratum ivit ei inscripta praefatione ad alterum Anthologiae volumen. Incredibile BOSCHII studium fuisse in regendis fingendisque ad laudem ac virtutem iuvenum animis saepe iam ex supra dictis apparuit. Audiebamus eum, ut sanctissimum Musarum sacerdotem in Museo suo, tanquam in cultissimo templo, sacra doctrinarum initia pandentem. Illa divinior, qua pectus eius ardebat, flamma nos etiam amore pulcri bonique incensos rapiebat. Itaque nemo ab eo nisi melior abibat, quo studio quantum ille vir patriae profuerit, quantum literis,

duo

duo satis arguent exempla formatorum ab eo iuvenum, Petri Nieuwlandii et Iani Friderici van Beeck Calkoenii, quos utinam praematurum fatum haud tam cito patriae et literis invidisset. Quamquam enim Nieuwlandii, de plebe pueri, ad summam honestatis ac doctrinae famam educati gloria ad omnem Boschiorum familiam pertinet, HIERONYMO tamen maxime suam ille elegantioribus in literis institutionem debuit, ita ut postea in disciplinam datus Swindenii, viri clarissimi, res diversissimas mathesin, poësin, exactissimam veri scientiam, acutissimum pulcri sensum optime copulare disceret. Calkoenium autem, cuius vis ingenii in trivialibus scholis Ommerium, solertissimum alios iuvenum existimatorem, fefellerat, BOSCHIUS in suam hinc receptum familiaritatem ita animavit monitis, ut iuvenis alacer deinceps ad altiora quaeque eniteretur.

Eum, qui talem se praebuerit alienis, intelligitis, qua pietate fuerit in suos, et vero exstant huius rei documenta in carminibus praeclara; exstat testimonium, quod defuncto praebuit affinis, vir spectatissimus, Kemperus, in luculenta praefatione ad BOSCHII librorum Catalogum; exstat denique tabula, qua se pingi voluit (erat autem harum etiam elegantiarum amator et peritus arbiter) adstantem dilectissimae sororis Iudithae sepulcro, quae tabula ab honestissimis viris, BOSCHII propinquis et heredibus, e defuncti voluntate, Athenaeo nostro donata maius eius auditorium nunc cum maxime ornat.

Amicitias qua fide coluerit, te potissimum testem mihi volo, Daniel Hoofti, vir amplissime; quod cur velim, neque alii mirabuntur, qui BOSCHII praefationem ad tertium Anthologiae volumen meminerint, tibi inscriptam et parenti meo, neque tu profecto miraberis, qui ut BOSCHIO olim parentique meo, sic et mihi fautor semper et amicus fueris, quondam vir puero, iam et senior viro. Sane, quam longissime possum extremam pueritiae meae repetere memoriam, unam hanc video coniunctissimam ami-

co-

corum trigam Hooftii, BOSCHII, tertiique parentis mei. Meministi, quantum fuerit etiam in hoc candoris, ut hac parte fuerit pene alter BOSCHIUS. Iam et nobis ille bonus occidit; iam de triga illa superes tu solus. Iam et alia mihi domestica vulnera inflicta sunt. Neque tamen animum ad moerorem nos abiicere, sed confirmare atque erigere eum decet melioris spe vitae, quae et nos amicis reddet et amicos nobis. Hac spe fretus BOSCHIUS, multis ille amicis suis superstes, multos pone hic relinquens rebus humanis valedixit. Aderam illi triduo ante obitum, cum aegrotum corpus vehementissime febris quateret, et loquendi facultatem ei ferme adimeret. Verum inconcussa mens vigebat. Itaque a me, quem ipsum loqui vix sinebat dolor, ut haberet se interrogatus, oculis ad coelum conversis, firma voce, mihi bene est respondit. Nihil ego amplius rogavi. Supremum eo salutato discedens referebam mecum eius πυκινὸν ἔπος, grave atque praegnans dictum, quod mihi tota vita meditandum relinqueret. Ita vox ea, quae nascenti mihi statim bonum apprecata erat omen, puerum optimis monitis imbuerat, iuveni viam laudis indicaverat, virum in eadem maxime firmarat, ea vox, inquam, morientis ore prolata, mihi illud etiam obtulit, quod infixum animo gerens paratum semper haberem contra mortis timorem praesidium. Nempe id agam, BOSCHI, ut tuo exemplo pure et sancte literas colendo, virtutis studium ex iis hauriendo, hinc in alios prodendo, iuventutem recti et pulcri amore imbuendo, nemini nocens, multis utilis, vitae tum omni, tum vel maxime extremo tempore, usurpare possim illud, mihi bene est.

AGATHIAE SCHOLASTICI

PROOEMIUM

ANTHOLOGIAE GRAECAE

EMENDATUM ET LATINE CONVERSUM

AB

ENNIO QUIRINO VISCONTI,

CURANTE

IMMANUELE G. HUSCHKIO,

PROF. ROSTOCH.

Abeunti mihi quondam a Batavia, ubi bonam iuventutis meae partem inter homines praestantissimos transegi, Boschius tradebat Agathiae Scholastici Prooemium Anthologiae Graecae, emendatum et latine conversum ab Ennio Quirino Visconti (*), viro celeberrimo, et ita quidem tra-

(*) Plenus libelli, Roma ad Boschium speciminis loco missi, titulus hic est: Agathiae Myrinensis in collectionem novorum Epigrammatum praefationes duae. E Codice Barberino descripsit, ad Palatinum recensuit, emendavit et versionem ad litteram adiecit Ennius Quirinus Visconti, a cura Musei Capitolini.

***

tradebat, ut animadversiones meas adiicerem, quibus aliquando uteretur in Commentario ad Anthologiam Planudeam. Equidem ratus, nullum Boschii rationibus illatum iri detrimentum, si Prooemium illud primum in Germania ederetur, deinde repeteretur in Batavia, quum, quae libello illustrando idonea forent, comparassem, tradidi eum librario typis exprimendum et Boschium interea de re certiorem feci. At ille recusare et instare, ut, si fieri posset, consilium hoc abiiceretur. Quid facerem? Non is ego sum, qui aliorum instituta litteraria impediam: nedum ut Boschio obtrectassem, quicum mihi summa intercesserat necessitudo, et adhuc intercedebat tanta, ut facile concederem, quae ei grata et iucunda viderentur, rogaremque librarium, ut libellum illum, cui adiunctae erant aliquot epigrammatum emendationes, ne absolveret, vel absolutum in vulgus prodire ne pateretur. His hoc negotiolum redactum est ad irritum.

Iam quum superiore anno rumor increbresceret, commentarii a Boschio inchoati Tomum posteriorem propemodum ad finem perductum esse a Lennepio, obtuli nuper has Agathiae, quas ipse dicit, dapes Viro Clarissimo, easque, si forte dignas haberet, quas cum harum rerum amantibus communicaret, missurum me esse recepi. Qua probata et accepta conditione, eundem rogavi, ut ad me mitteret epistolam quandam Hieronymi Comitis Astorgii, qua agi memineram universe de opera Visconti, in Anthologiae Graecae carminibus illustrandis posita et porro ponenda. Lennepius rem detulit ad Abrahamum de Vries, virum doctissimum nobisque amicissimum, ut si forte adhuc inter schedulas, ab avunculo hereditate relictas, Epistola illa reperiretur, eam ad me perferendam curaret. Vriesius, qua est humanitate, non eam modo, quam desideraveram, transmisit Epistolam, sed ultro addidit quatuor alias, partim Gallice ad Altheerum, partim Latine ad Boschium ab Astorgio scriptas, quas hic repetere nihil attinet. Illam infra adscribendam putavi,

sal-

saltem ut constaret inter viros doctos, quid omnino propositum sibi habuerit Viscontus in Anthologia pertractanda, cui tot viri eruditissimi operam impenderunt inanem et exitu carentem, donec nostra aetate opus inchoaretur a Brunckio, perficeretur a Jacobsio, cui Codicis Palatini operta recludere contigerat, duce Spaletto Ac de Spaletto quidem satis invidiose, ne quid gravius dicam, scribit Astorgius. At illi, quem eruditione longe superabat, accurato Codicis describendi studio minime assequebatur Viscontus, quod vel Agathiae Prooemium satis demonstrat: illi igitur laus diligentiae illibata manebit, etiamsi centum Astorgii famam eius allatrarent. Exemplum epistolae hoc est:

VIRO ORNATISSIMO, AMICISSIMO

HIERONYMO DE BOSCH,

S. D. P.

HIERONYMUS COMES ASTORGIUS.

Quae mihi et meo amicissimo Ennio Quirino Visconti latina carmina misisti, elegantissima ingenii Tui monumenta, vehementer nos delectant tum ex poetica facultate, tum ex rerum in difficillimo argumento partitione ac delectu; quare gratias muneris et meo et amici nomine habeto maximas.

Ut vero, Vir praestantissime, de anthologia Graecorum epigrammatum edenda statuamus aliquid, quaedam tibi expromam rationum momenta, quae ad rem diiudicandam idonea mihi videntur potissimum, quibus induc-

tum spero te haud amplius ancipitem animi, dubiisque distractum, in sententiam meam libentissime venturum.

Quum haereas inter Spalletti et Visconti operam litterariam, quae Tibi maxime comparanda videatur: necesse est, ut homines probe noveris utrosque, atque insuper quae sint ea, quae singuli praestare possint. Faciam, ut debeo, sine fuco.

Visconti Graecis litteris, antiquitatis notitia, criticis ac philologicis studiis ita instructus, ut alii paucissimi, plura et praeclara critices exhibuit specimina in notis ad suas Musei Pio-Clementini expositiones, quibus Graecorum Latinorumque loca plura aut interpretatione adiuvit, aut emendatione restituit. Egregium huius rei testem profero, Goettingensis Academiae lumen, celeberrimum Heyne, cuius interpretatio quaedam Apollodori a Visconti reprehensa est Tom. VI. eiusdem operis: eruditissimus ille vir, ut Visconti animadversionem novit, neque compellatus litteris humanissimis eum adivit, seque ab eo ipso *meliora doctum* professus est.

At Spalletti homo pinguis Minervae, nullius, critices, paucarum litterarum, quaecunque forte scriptitat ea non modo improbatione, sed risu ab eruditis viris continuo excipiuntur. Inficetam Anacreontis editionem ab eo paratam si vidisti, ineptiam hominis eiusque simul ex praefatione audaciam colligas. Haec de criticis, iam de opere ipso videamus.

Exemplar Spalletianum codicem integrum exhibere dicitur, iisdem nexibus, iisdem apicibus: credo equidem, nam ectypum potius pictoris quasi manu expressum puto, quam apographum ab homine, qui recte intelligit ea, quae transcribit, exscriptum. Spalletti inperitia non sinebat terminationes in nexibus latentes enucleare, compendia verborum supplere: eam ergo viam inivit, quae de hisce omnibus amanuensem

sc-

securum redderet. Hinc vero saepe evenit, ut interpretationes ineditorum a viris peritis explorare ac quasi mendicando quaerere coactus sit; hinc etiam, ut tantarum opum possessor nihil tot annis in publicum ediderit, quae et honoris et utilitatis non spernendae editori futura essent. Sed quot erroribus apographum inquinatum putes, quando tecum reputes, neminem fideliter ea quae non intelligeret, exscribere unquam valuisse?

Contra Visconti codicem a prima ad ultimam paginam recenset, quid in quaque et quo ordine conscriptum sit, annotat diligenter: editorum varietatem lectionis distinguit; inedita integra exscribit; annotationibus instruit, et de Graeco in Latinum sermonem vertit; scholia vel inter versus, vel margini apposita, quae merae titulorum repetitiones non sunt et aliquid legi dignum continent, omnia recenset, compendio vel nexibus obscurata explicat: cuius ponderis habenda, opportune admonet. Ipse certe, cum tot nondum edita, tot emendatiora in Codice Palatino inveniret, consilium inibat Codicis huius accuratam notitiam edendi, quae ineditorum exemplaria, editorum variantes, et notas criticas ad utraque contineret; securus de apographo Spallettiano, et de eius editionibus, si quae futurae, quae nil nisi valde incorrectum atque indigestum possunt continere.

Visconti utpote laudis litterariae cupidissimus dummodo haec ex sua recensione edantur, solo centum aureorum et exemplarium aliquot, arbitrio tuo, praemio contentus has tibi divitias profert: et additamenti loco collationem duorum optimae notae librorum anthologiae Planudeae, et syllogen epigrammatum ineditorum e lapidibus praebebit edendas. Quas conditiones si acceperis, tum si quod adhuc Spallettiani exemplaris desiderium restat, informe illud apographum vel vili pretio habere possis, quum iam nec inediti aliquid reliquum erit, nec emendati: tunc

quam miserae sint hae S p a l l e t i a n a e opes oculis quasi tuis videbis. Caeterum S p a l l e t t i u s turpilucricupidus nihil de immenso illo pretio vult remittere. Atque innumeri alii ab pretio immani absterriti huius apographi acquirendi studio renuntiarunt.

Haec de Anthologiae codice et recensionibus: interea te rogo etiam atque etiam, vir praestantissime, et Amice optime dulcissime, ut quid consilii ceperis eius me quam citissime certiorem facias. Meam sententiam habes, quae et probata fuit a viro sapientissimo et Praesule Egregio Benedicto S t a y. Si quae contra videntur sentire homines, qui nec S p a l l e t t i nec Visconti norunt, ea non ex vero procedere, sed cursitationibus et officiis ardelionis illius perfici existimes. Vale meque amantem tui redama.

Dabam Romae die XXIII. Julii MDCCXCIV.

Hactenus A s t o r g i u s. Nunc Agathiam Scholasticum Graece simul et Latine dicentem audiamus.



ΑΓΑ-

ΑΓΑΘΙΟΥ

Σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυριναίου

Συλλογὴ (1) Νέων Ἐπιγραμμάτων

ἐκτεθεῖσα ἐν Κωνσταντίνου πόλει πρὸς Θεόδωρον.

AGATHIAE

Scholastici Asiani Myrinaei

Collectio Novorum Epigrammatum

Constantinopoli exposita ad Theodorum

Δε-

(1) *Συλλογὴ νέων ἐπιγραμμάτων*] Anthologiae, a Meleagro conditae, proprium nomen fuit *Στέφανος*, quoniam auctor eam in Prooemio comparaverat Coronae, cui tanquam flores illigati essent variorum poetarum ingeniosi lusus. Elegans imago, quam suam etiam fecit Philippus Thessalonicensis. Agathias contra Florilegium novum *Συλλογὴν* aut ipse vocavit, aut aliis, ut vocarent, auctor extitit, scribenda hac praefatione. Quod quid fit, age videamus. Anthologia hic comparatur *coenae collatitiae* sive *δείπνῳ ἠρανισμένῳ*, ut est v. 19. In hoc totius prooemii cardo vertitur. Collecta poetarum carmina respondent collectis amicorum symbolis, qui communi sumtu convivium apparaturi sunt. Caeteri poetae *conferunt*, Agathias *colligit*, utpote dux convivii constitutus, *ἡγεμὼν πανδαισίας* v. 34. Collatio est *συμβολή*, collectio *συλλογή*. Haec est vera huius vocis significatio. Audiamus Scholiasten, ad marginem Codicis Palatini ita scribentem: „ *Ἀγαθίου σχολαστικοῦ Μυριναίου οὐ στέφανος ἀλλὰ συναγωγὴ νέων ἐπιγραμμάτων. Ἤκμασε δ' οὗτος ὁ Ἀγαθίας ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου. — Ἔγραψε δὲ ταῦτα τὰ ἐπιγράμματα πρὸς Θεόδωρον Δεκυρίωνα.* Verba, *οὐ στέφανος ἀλλὰ συναγωγή*, haud dubie referenda sunt ad praefationes Meleagri et Agathiae Scholastici. Quid vero est *συναγωγή*; Apparatus convivii, collectio symbolarum. Pollux. III. c. 26. *τὰ δὲ πράγματα — συλλογή, συναγωγή, ἔρανος, σύστασις.* *Συνάγειν* aut active dicitur, *congregare*, *convocare convivas*, ut Agathias loquitur v. 37.

ξεῖνος τις εἶναι τῶν ὑπ' ἐμοῦ συνηγμένων

aut passive, *congregatim epulari*, *una bibere*. Hesych. *συνάγειν· μετ' ἀλλήλων πίνειν.* Idem, *συναγώγιον. συναγώγιον, συμπόσιον ἔθου.* Vide Schweighaeus. ad Athen. T. IV. p. 173.

Alia

Δεκουρίωνα τὸν Κοσμᾶ.
Εἴρηται δὲ τὰ προοίμια μετὰ τὰς συνεχεῖς ἀκροάσεις
τὰς κατ' ἐκεῖνο (2) καιροῦ γενομένας.

Cosmae Decurionem.
Prooemia dicta sunt in crebris recitationibus
quae eo tempore habebantur.

Οἱ-

Alia extat inscriptio apud Suidam v. Ἀγαθίας — Οὗτος συνέταξε καὶ ἕτερα βιβλία ἔμμετρά τε καὶ καταλογάδην· τά τε καλούμενα Δαφνιακά· καὶ τὸν κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὧν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν. De hoc altero Florilegii titulo videbimns infra ad finem Prooemii.

(2) κατ' ἐκεῖνο καιροῦ] Cod. Pal. κατεκεῖνο καιροῦ, quod accurate descripsit Spallettus; male Viscontius substituit ἐκείνου. Et sic etiam emendaverat Jacobsius in Prolegg. p. LI. At idem postea in Anthol. Pal. T. I. p. 73. recte edidit κατ' ἐκεῖνο καιροῦ· de admonitione Schaeferi ad L. Bosii Ellips. p. 552. et ad Gregor. Cor. p. 775. Similiter scribit Agathias Histor. I. p. 11. A. ed. Venet. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ὅτε δὴ οἱ Γότθοι ὡς αὐτοὺς ἐπρεσβεύοντο, τρεῖς αὐτοῖς ἡγεμόνες ἐτύγχανον ὄντες. Ubi vitiose editur, ἐς ἐκείνου τοῦ καιροῦ. Illud idem est quod, εἰς ὅτε, apud Homerum Od. β, 99. male vulgo intellectum et explicatum eo sensu, quo paullo ante v. 97. positum est εἰςόκε, *donec;* invito etiam Eustathio, qui recte interpretatur, ὅτε ἂν αὐτὸν μοῖρα καθέλῃ θανάτου, *quando* eum mors *occupaverit*, vel, ut Agathias scribit, ἐς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ὅτε, *eo tempore, quo.* Locutioni Homericae εἰς ὅτε respondet formula interrogativa ἐς πότε, *quando?* apud Sophoclem Ai. 1164. ed. Herm.

τίς ἄρα νέατος ἐς πότε λή-
ξει πολυπλάγκτων ἐτέων ἀριθμός; —

Οἱ-

Οἶμαι μὲν ὑμᾶς, ἄνδρες, ἐμπεπλησμένους
ἐκ τῆς τοσαύτης τῶν λόγων πανδαισίας
ἔτι που τὰ 'σιτία προσκόρως ἐρυγγάνειν.
καὶ δὴ κάθησθε τῇ τρυφῇ σεσαγμένοι·

Puto equidem vos, o cives, exsaturatos
tanto sermonum epulo
etiamnum cibos prae satietate eructare.
Et sane adsidetis helluatione inferciti;

λб.

1. ἐμπεπλησμένους] Viscont. ἐμπεπλεσμένους. Mendose. Hanc formam Brunckius aliquoties exemit Aristophani v. c. Vesp. 1127. non ausus idem facere v. 914. ubi tamen Cod. Raven. pro πεπλησμένος habet ἐμπλήμενος, quod magis Atticum est. Caeterum similiter scribit Demosthenes pro Coron. p. 328. Reisk. ἀλλ' ἀποστὰς, ὅταν αὐτῷ δόξῃ, τῆς πολιτείας — φυλάττει, ἡνίκ' ὑμεῖς ἐστὲ μεστοὶ τοῦ συνεχῶς λέγοντος. Cicero Top. 5. *Sed quoniam* avidum hominem *ad has* discendi epulas *recepi*, *sic* accipiam, *ut* reliquiarum *sit potius aliquid*, *quam te hinc patiar* non satiatum *discedere*. Ubi *accipere* respondet Graeco verbo ἑστιᾶν, de quo dicam infra. Inprimis huc pertinet Ciceronis locus Orat. I. 42. *Atque interea*, *dum haec*, *quae* dispersa *sunt*, coguntur, *vel passim licet* carpentem *et* colligentem repleri *iusta iuris civilis scientia.*

3. ἐρυγγάνειν] Cod. Pal. ἐρυγκάνειν. Notavit et correxit Viscontus. Hoc verbum saepe transfertur ad alia. Diphilus apud Athen. VII. p. 292. B. de nauta, lucrum iactante:

λαλῶν τὰ ναῦλα καὶ δάνει' ἐρυγγάνων.

At recentiores Graeculi putide abusi sunt hoc verbo, sicut auctor Carminis de S. Theodoro v. 15.

ἐρεύξομαί τε τοὺς ἐφυμνίους λόγους
πανηγυρίζων, ῥυθμικοὺς πλέκων κρότους —

Philes de luscinia p. 68. ed. Pauw.

ὅταν ἀηδὼν ἀκροώμενον βλέπῃ,
μελῶν ἀγαθῶν ἐξερεύγεται κτύπους.

De duplici verbi forma disputat Lobeckius ad Phrynichi Ecl. p. 63.

*****

λόγων γὰρ ἡμῖν πολυτελῶν καὶ ποικίλων
πολλοὶ προθέντες παμμιγεῖς εὐωχίας
περιφρονεῖν πείθουσι τῶν εἰθισμένων.
τί δαὶ νῦν ποιήσομεν; τὰ προὐξειργασμένα
οὕτως ἐάσω συντετῆχθαι κείμενα;
ἢ καὶ προθῶμαι τῆς ἀγορᾶς ἐν τῷ μέσῳ.

---

sermonum enim vobis exquisitorum variorumque
multi qui omnigenas apposuerunt epulas
ad despicienda solita impellunt vos.
Quid ergo nunc faciam? ea quae iam paraveram
consumi sinam sic jacentia?
vel eadem potius in medio fori proponam

πα-

5. ἡμῖν] Corrige ὑμῖν. V.

6. παμμιγεῖς εὐωχίας] Visconti vertit: *multi qui omnigena apposuerunt convivia.* Illas *sermonum dapes et epulas* satis nuper illustravit Wyttenbachius ad Plutarchum Animadv. T. I. P. I. p 331. Eae ποικίλαι dicuntur a varietate sermonum, tamquam ciborum. Lucianus de Mort. Peregrini T. III. p. 335. εἶτα δεῖπνα ποικίλα εἰςεκομίζετο καὶ λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν ἐλέγοντο. Hic Gesnerus intelligit Christianorum *Agapas*, adferente unoquoque aliquid, quod una consumerent, addens: *hinc*, ποικίλα, *non a luxu.* Commode Jacobsius in Addendis ad Anthol. Pal. T. IV. p. XXXII. apposuit locum Astydamantis ap. Athen. X. p. 411. A.

ἀλλ' ὥςπερ δεῖπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφόν.

8. τί δαὶ νῦν ποιήσομεν] Viscontus ποιήσομεν mutat in ποιήσω; ita enim inquit, et metro consulitur, et sequentibus ἐάσω, προθῶμαι, ἐξάγω melius respondet verbum singulare. Largior hoc, non item illud, praeferoque Jacobsii emendationem:

τί δὲ νῦν ποιήσω; μῶν τὰ προὐξειργασμένα.

παλιγκαπήλοις εὐτελῶς ἀπεμπολῶν;

iis qui *perpetuo* res emunt ut vendant, vili pretio nundinans?

καὶ

11. παλιγκαπήλοις — ἀπεμπολῶν] Viscont. ἀπεμπολεῖν, calami errore, quum ipse verterit *nundinans*. Agathias autem hic designat, quos veteres dicebant, ἐρανεμπόλους. Suidas: Ἐρανεμπόλοις· τοῖς ἐκ τῶν ἐράνων ἐμπολῶσιν ἀπὸ τῶν ἀρχῶν. Quae tres postremae voces suspectae Kustero, corruptae videbantur Heraldo (Animadv. in Salmas. Observatt. Lib. VI. c. 5. §. 9.) corrigenti: ἀπὸ τῶν ἀργῶν, quod explicat de *stipe*, *mendicatibus inertibus proiecta*. Perperam haud dubie. Nam eadem verba leguntur apud Photium et Zonaram, ubi Tittmannus notat: „ Erant ἐρανέμπολοι, qui quaestum faciebant ἐράνοις, quibus qui praeerant, ἐρανάρχαι vocabantur." Accedit Harpocration: Συλλογὴ, ὄνομα ἀρχῆς. Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ μετοικισμοῦ σαφέστατα δηλοῖ. Rursus e voce ἐρανέμπολος Kusterus colligit, emendandum esse Suidam in v. Ἔρανος, ἡ ἐκ κοινοῦ ἑστίασις, ἡ ἐντολὴ, εἰςφορὰ, συλλογή. Ubi ille pro ἡ ἐντολὴ reponit ἡ ἐμπολή. Fatendum quidem est, omnes ubique Grammaticos, Orionem Theb. p. 624. 29 Etym. M. p. 369 31. Etym. Gudian. p. 204. 47. Photium p. 15. agnoscere vocem ἐντολή. Tamen verum vidisse credibile est Kusterum. Nec aliter Suidae locum descripsit Rigaltius ad Artemidorum I. c. 17. p. 9. ed. Reiff. Etym. Gud. sub v. Ἐμπολήσομεν· ἐκεῖθεν ἡ ἐμπολὴ καὶ τὸ ἐμπόλησμα (ἐμπόλημα) ἡ συναγωγὴ τοῦ κέρματος.

Iam παλιγκάπηλοι Agathiae, id est, *qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant*, ut Cicero vertit Offic. I. c. 42, (vid. Schol. cum Hemsterhusii annotatione ad Aristophanis Ἑρμῆν ἐμπολαῖον — παλιγκάπηλον, Plut. v. 1156.) in mentem revocant, quae contra Aeschinem disputat Lysias apud Athen. Lib. XIII. fin. ubi inter alia haec leguntur: ὅσους δ' ἐράνους συνείλεκται, τὰς μὲν ὑπολοίπους φορὰς οὐ κατατίθησιν, ἀλλὰ περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον ὡς περὶ στήλην διαφθείρονται. Quorum verborum hunc sensum esse putabat Casaubonus: „ Pecunia omnis, quam ab amicis potest Aeschines corradere nomine erani, non impenditur ab eo in solvendis bona fide reliquiis pensionum, quas debet, atque adeo propter quas a sodalibus stipe collatitia fuit adiutus. Sed universa illa pecunia, quanta quanta est, apud *proximum cauponem* perit, *sicut navis quae ad columnas impegerit*". De quo Erani genere hic sermo fit, nunc non disputo. Enimvero κάπηλον

 is-

καὶ τίς μετασχεῖν τῶν ἐμῶν ἀνέξεται;

Et quisnam particeps mearum rerum fieri sustinebit?

τίς·

istum non esse *proximum cauponem*, sed Aeschinem ipsum (Eranorum cauponem et interceptorem) post Valesium ad Harpocrationem v. πληρωτής, monuit etiam Hemsterhusius ad Lucian. Nigrin. 25. p. 65. μάλιστα δὲ ἐμέμνητο τῶν ἐπὶ μισθῷ φιλοσοφούντων, καὶ τὴν ἀρετὴν ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων. Idem accedit Casaubono, verba, ὡς περὶ στήλην, referenti ad *columnam maritimam*, comparatque locutionem Dionis Cassii LII. p. 475. A. περὶ ἕρμα περιῤῥαγῆναι. Casaubonus ipse provocat ad Ciceronis locum pro Sextio, cap. 8. *Alter — puteali et feneratorum gregibus inflatus atque perculsus olim*, ne Scyllaeo illo aeris alieni in freto ad columnam adhaeresceret, *in tribunatus portum confugerat*. At Graeci scriptoris locum, quo illam vocis στήλη vim confirmaret, nec ipse attulit Casaubonus nec Hemsterhusius. Immo ne Latini quidem. Nam recte monet Schweighaeuserus; στήλας et *columnas* in mari, *ad quas allisae naves frangantur*, nemini nec Graeco scriptori, nec Latino usquam memoratas reperiri, et Lysiae στήλην referendam esse ad *columnam* in *Circo*, quam commemorat etiam Sophocles Elect. v. 720 et 744. Hinc item ductam esse putaverim allegoriam Horatii II. Serm. 3, 18.

Postquam omnis res mea Janum
Ad medium fracta est, *aliena negotia curo*:

et Persii Sat. V. 164.

an rem patriam *rumore sinistro*
Limen ad obscenum frangam, *dum Chrysidis udas*
Ebrius ante fores exstincta cum face canto.

Quod satis confirmat Cicero pro Coel. 3. *In hoc* flexu *quasi aetatis — fama adolescentis paullum* haesit ad metas, *notitia nova mulieris et infelici vicinitate et insolentia voluptatum.* In illo autem Sextianae loco duas Cicero allegorias in unam conflasse videtur, spectans simul naufragium et columnam Maeniam, assimulatam columnae in Circo. Sophocles Elect. 718. (728.)

κἀντεῦθεν ἄλλος ἄλλον· ἐξ ἑνὸς κακοῦ
ἔθραυε, κἀνέπιπτε· πᾶν δ' ἐπίμπλατο
ναυαγίων Κρισσαῖον ἱππικῶν πέδον.

τίς δ' ἂν πρίαιτο τοὺς λόγους τριωβόλου,
εἰ μὴ φέροι πως ὦτα μὴ τετρημένα;
ἀλλ' ἔστιν ἐλπὶς εὐμενῶς τῶν δρωμένων
ὑμᾶς μεταλαβεῖν κοὐ κατεβλακευμένως·

---

quisnam mea verba triobolo sibi compare,
nisi aures ferat haud terebratas?
At spes est benigne ea quae peregi
accepturos vos, nec remisso animo:

ἦθος

13. τριωβόλου] Viscont. τριοβόλου.

14. ὦτα μὴ τετρημένα] Aures forare quaedam Asiaticae et Africanae gentes solebant. Igitur Graecis vulgo et Romanis dicuntur τὰ ὦτα τετρημένα ἔχειν, *aures foratas habere*, aut servi, aut homines effeminati. Xenoph. Exp. Cyr. III. c. 1. §. 21. Ἀλλὰ τούτῳ γε οὔτε τῆς Βοιωτίας προσήκει οὐδὲν, οὔτε τῆς Ἑλλάδος παντάπασιν· ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν εἶδον, ὥσπερ Λυδὸν, ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένον. Iuvenal. I. 104. *Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestrae Arguerint, licet ipse negem?* Tertull. de Pall. c. 4. „*speculum consulere, collum demulcere*, aurem quoque foratu effeminatus, *quod illi apud Sigeum statua servat.*" Hinc ductum elegans Ciceronis scomma apud Macrob. VII. Saturn. 3. „*Octavius, qui natu nobilis videbatur, Ciceroni recitanti ait:* Non audio, quae dicis. *Ille respondit:* Certe solebas bene foratas habere aures. *Hoc eo dictum est*, quia Octavius Libys oriundus dicebatur, quibus mos est aurem forare." Quo magis mirum est, quod Tertullianus narrat, Achillem in statua habuisse aures perforatas vel, quas Plautus Poen. V. 2, 21. dicit, *annulatas*. Rem confirmat Servius ad Virgil. I. Aen. 30. „*Sane apud Sigeum* Achillis statua *fuisse dicitur, quae in ima, id est, extima auris parte*, elenchum *more feminco habuerit. Hic apud Cretam insulam* Pemptus *vocatus est, ut* veteres aucto es *tradunt.*" Quo loco satis confutatur Salmasii *strongyla* pro *statua* apud Tertullianum. Res ipsa accuratius examinari poscit.

16. Κοὐ κατεβλακευμένως] In Apographo: κ' οὐκ ἄτε βλακευμένως. Hinc egregie confirmatur lectio a Brunckio recepta in Aristoph. Plut. 325. ubi vulgo legitur:

ἔθος γὰρ ὑμῖν τῇ προθυμίᾳ μόνῃ
τῇ τῶν καλούντων ἐμμετρεῖν τὰ σιτία.
καὶ πρός γε τοῦτο δεῖπνον ἠρανισμένον

---

mos enim vobis ex solo studio
eorum qui (ad coenam) vocant apparatum aestimare.
Ad haec prandium e symbolis collatum

ἥκω

καὶ συντεταγμένως, κοὐ καταβεβλακευμένως.

Reposuit Brunckius e membranis:

καὶ συντετκμένως, κ:ὖ κατεβλακευμένως.

Atque hunc Atticorum usum, in verbis a duplici consonante incipientibus augmentum negligentium, egregie comprobavit vir praestantissimus ad Lysistr. v. 291. Accedit nunc auctoritas qualiscunque Agathiae Scholastici. Hic salvo metro scribere poterat:

ὑμᾶς μεταλαβεῖν κοὐ καταβεβλακευμένως.

Sed praetulit formam Atticam. Aristaenet. Lib. I. Epistol. XXVIII. κατὰ τῶν ἀμέτρως κατεβλακευμένων ἠθῶν — (De confusione adverbiorum συντεταγμένως et συντεταμένως videndus est Heusdius Specim. Crit. in Platon. p. 105.)

18. ἐμμετρεῖν] Verbum dubiae auctoritatis nec, nisi hoc loco, adhuc inventum, si excipias Lucianum Somn. 27. T. II. p 744. μόναις ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ χρείαις ἐμμεμετρημένος. Verum ibi alii libri habent μεμετρημένος, alii ξυμμεμετρημένος, quod recepit Schmiederus, probante Schaefero in Ind. Verb. ad Dionys. et Melett. Critt. sub voc. σύν.

19. καὶ πρός γε τοῦτο] Hinc firmari potest lectio in fragmento Eubuli apud Schol. Aristophanis Plut. 1130.

καὶ πρός γε τοῦτο — ἀσκὸν εἰς μέσον
καταθέντες, εἰσάλλεσθε καὶ καγχάζετε
ἐπὶ τοῖς καταῤῥέουσιν (ἀπὸ κελεύματος).

Nam apud Suidam editur, καὶ πρός γε τουτοις· quod retinens Bentleius versum aliter constituit atque Hemsterhusius, neuter certa emendatione.

19—24. δεῖπνον ἠρανισμένον] „ Ερανος in re conviviorum interdum idem est, atque συμβολή. Lucian. Dialog. Mer. VII. p. 296. Hinc δεῖπνον ἠρα-

νι-

ἥκω προθήσων ἐκ νέων ἡδυσμάτων·
ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔνεστιν ἐξ ἐμοῦ μόνου
ὑμᾶς μεταλαβεῖν, ἄνδρες, ἀξίας τροφῆς,
πολλοὺς ἔπεισα συλλαβεῖν μοι τοῦ πόνου,
καὶ συγκαταβαλεῖν καὶ συνεστιᾶν πλέον.

---

venio propositurus ex novis condimentis.
Quum enim non valerem ex meis solius
excipere vos, o viri, digno pastu,
multos in societatem operis venire mecum suasi,
et una conferre et epulum praebere amplius.

καὶ

νισμένον vocatur etiam ἡ ἐξ ἐράνων εὐωχία, vel δεῖπνον ἀπὸ συμβολῆς. Ii, qui symbolam ad coenam conferunt, symbolarum collatores, dicuntur proprie συμβάλλειν, καταβάλλειν, plenius, καταβάλλειν συμβολάς. Vide Diodori Sinopenfis fragmentum, apud Athen. Lib. VI p. 239. Alii dicunt εἰσφέρειν συμβολάς. Vide Diodori Sinopensis fragmentum, apud Athen. Lib. VI. p. 239. Alii dicunt εἰσφέρειν συμβολὰς, ut Hegesander (Athen. Lib. VIII. p. 365.) κὴν συμβολὴν τὴν εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῶν πινόντων εἰσφερομένην. Ἀιγεῖσι χῶν καλοῦσι· τὴν δὲ μερίδα αἶσαν. Adde κατατιθέναι συμβολάς, ut Lysias apud Athenaeum l. c. scribit, et Dromon (Athen. Lib. VI. p. 240.) οὕτως ἐρυθριᾷ συμβολὰς οὐ κατατιθείς. Si quis alios ad coenam, a se propriis sumtibus accuratam, invitat, sive rex convivii eligitur, eius est ἑστιᾷν, h. l. quoniam plures erant numero, συνεστιᾷν. Quae omnia verba locum etiam habent in aliis Eranistarum Sodalitiis, sed diverso plerumque sensu Haec quum non animadvertisset Salmasius, ita de hac re disputavit in libro de Usuris, et in Observatt. ad ius Atticum et Romanum, ut reprehensionis ac derisionis materiam satis largam praeberet Desiderio Heraldo, quo nemo accuratius de hoc loco egit, quamquam nondum exhausto, Animadv. in Salmasii Observ. Lib. VI.

καὶ δὴ παρέσχον ἀφθόνως οἱ πλούσιοι
ἐξ ὧν τρυφῶσι, καὶ παραλαβὼν γνησίως
ἐν τοῖς ἐκείνων πέμμασι φρυάττομαι.
τοῦτο δὲ τις αὐτῶν προσφόρως, δεικνὺς ἐμὲ,
ἴσως ἐρεῖ πρὸς ἄλλον· ἀρτίως ἐμοῦ
μάζαν μεμαχότος μουσικήν τε καὶ νέαν,
οὗτος παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην.

Et divites sane praebuerunt abunde
ex iis quibus affluunt: unde ego qui ea accepi iure
in eorum bellariis superbio.
Huiuscemodi vero quid eorum aliquis, me commonstrans, haud
forte dicat ad alium: Quum ego modo [abs re
mazam pinsaverim poeticam et novam,
hic a me pinsatam apposuit.

ταυ-

25. Vide, quae ad vs. 34. de conviviis ἐκ κοινοῦ monebimus. Qui magnas afferebant lautasque symbolas, eos μακρὰς διδόναι συμβολὰς, hoc est, μεγάλας, Attici dicebant, teste Polluce. VI. 12. Cf. Salmas. de Usur. p. 52.

29—31. Aristoph. Equit. 54.

καὶ πρώην γ' ἐμοῦ
μάζαν μεμαχότος ἐν Πύλῳ Λακωνικὴν,
πανουργότατά πως περιδραμὼν, ὑφαρπάσας,
αὐτὸς παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην.

31. παρέθηκε — μεμαγμένην] Cod. Pal. παρέδηκεν. Vide caeteroquin Suidam in v. Μᾶζα et rursus compara Aristophanem Av. 462.

καὶ μὴν ὀργῶ, νὴ τὸν Δία, καὶ προπεφύραται λόγος εἷς μοι,
ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει.

ταυτὶ μὲν οὖν ἐρεῖ τις οὐδὲ τῶν σοφωτάτων
τῶν ὀψοποιῶν, ὧν χάριν δοκῶ μόνος
εἶναι τοσαύτης ἡγεμὼν πανδαισίας.

Haec quidem aliquis dicet non ex doctissimis iis
obsonatoribus, quorum gratia ego videor
esse tam magni convivii rex.

καῦ-

32. *ταυτὶ μὲν οὖν ἐρεῖ τις οὐδὲ τῶν σοφωτάτων*] Huic versui nec pedes constant nec sensus. Quomodo haec non dicant poetae Agathiae aequales? quum immo recte haec dicturos ipse Agathias supra v. 28. animadvertisset. Vox *οὐδὲ* certe ineptissimi exscriptoris, qui poetam satis non intellexerat, aut glossema est, aut interpolatio. *ταῦτ' εὖ* loco *ταυτὶ* reposui, et ad perspicuitatem et mensura ipsa adhortante. Forta *εἰ* pro *εὖ* in textum irrepserat, denique *ταυτὶ* pro *ταῦτ' εἰ* ex falsa emendatione invectum. V. Totum versum ita legit Viscontius:

ταῦτ' εὖ μὲν οὖν ἐρεῖ τις τῶν σοφωτάτων

et vertit:

Haec quidem bene aliquis dicet ex doctissimis iis.

Verum enim, negatione sublata. oratio nullum habet vinculum, quo cum apodosi copuletur, *θαῤῥῶν γὰρ αὐτοῖς.* Sensus loci aut est, aut esse debet hic: Fortasse haud inepte aliquis e poetis, quorum carmina coacervavi, videatur sibi dicturus, me non meas, sed alienas tantum lautitias apposuisse. Sed vehementer erraverit, *οὐδὲ τῶν σοφωτάτων.* Nam et ipse ego symbolam meam adieci. Malim igitur legere:

ταῦτ' οὖν ἐρεῖ τις οὐδὲ τῶν σοφωτάτων.

Iacobsius ex sua emendatione edidit:

ταυτὶ μὲν οὖν ἐρεῖ τις, οἶδα, τῶν σοφῶν.

34. *ἡγεμὼν πανδαισίας*] Talem convivii *ἡγεμονίαν* haud dubie in animo habebat Tibullus III, 6, 10. *Πανδαισία* est coena collatitia. Schol. ad Aristoph. Pac. 565. *πανδαισίαν δὲ, τὴν ποικίλην καὶ ἐκ διαφόρων ὄψων εὐωχίαν. ὅταν ἕκαστος τὰ ἑαυτῶν ὄψα ἀπενέγκῃ, καὶ καθῆται εἰς τὸ κοινόν.* Enimvero duplex coenae genus erat. Aut enim pecunia *pro virili* conferenda instruebatur ista

*****

ta

θαῤῥῶν γὰρ αὐτοῖς λιτὸν οἴκοθεν μέρος
κἀυτὸς παρέμιξα, τοῦ δοκεῖν μὴ παντελῶς
ξένος τις εἶναι τῶν ὑπ' ἐμοῦ συνηγμένων.

Ipsis enim fidens tenuem e domo portiunculam
et ipse immiscui, ne viderer prorsus
hospes esse aliquis inter eos, quos congregavi.

ἐλ-

ta convivia, aut ex partibus ciborum, quas *pro viribus* singuli conferebant. Hoc, ut antiquissimum genus, ἐράνους vocat Homer. Odyss. α. 226. λ. 414. Hesiodus primus omnium δεῖπνον ἐκ κοινοῦ dixit, teste Eustath. (p. 1111. 41. ed. Basil.) apud Herald. Animadv. Lib. VI. p. 431. Exstat locus Hesiodi O et D. v. 724.

Μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυςπέμφελος εἶναι
ἐκ κοινοῦ· πλείστη δὲ χάρις, δαπάνη τ' ὀλιγίστη.

Adde Scholion ad Aristoph. Acharn. 1211. λέγεται γὰρ συμβολὴ καὶ ἐπὶ δείπνου τοῦ ἐκ κοινοῦ ἐπιτελουμένου, ὡς ἐράνους Ὅμηρός φησιν. Εἰλαπίν' ἠὲ γάμος· ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν. Vid. Athen. Lib. VIII. c. 16. p. 362. Coena, quam parat Agathias noster, est δεῖπνον, sive δαὶς ἐκ κοινοῦ, δεῖπνον συμφορητὸν, Aristot. Polit. III. 6. Hesychius v. Δαὶς, ἡ δι' ἐράνων εὐωχία. Σοφοκλῆς τριπτολέμῳ. (Lexic. Sophocl. Brunck. p. 716.)

ἦλθεν δὲ Δαὶς θάλεια πρεσβίστη θεῶν.

35. λιτὸν οἴκοθεν μέρος] Viscont. et Jacobsius οἰκόθεν. Cod. Pal. οἴκοθεν. Recte. Vide Apollonium apud Bastium ad Gregor. Corinth p. 347. Caeterum hic locus egregie confirmat, quae de rege sive duce convivii scribit Heraldus Animadv. VI. p. 433. eum ad epulas opipare adornandas interdum aliquid de suo addidisse, et propterea dictum esse πληρωτὴν ἐράνου. Nam, qui honestiores erant reges, aliquid addebant de suo, si necesse erat, ut epulis nihil deesset; qui inepte munifici erant, splendorem insuper adiiciebant; sordidiores et scurrae lucrum inde quoque captabant. Caeterum pro iisdem habentur ab Heraldo p. 425. πληρωτής, συναγωγὸς et ἐρανάρχης. Qua de re plura dicerem, si librum nunc ad manus haberem. Vid. Harpocrat. v. Πληρωτής, et quem laudat, Demosthen. c. Mid. p. 53. ed. Spald. Adde Casaub. ad Theophr. Char. p. 170. ed. Fisch.

37. συνηγμένων] Visconti vertit: hospes esse inter *ea quae* ego coacervavi.

ἀλλ' ἐξ ἑκάστου σμικρὸν ἐξάγω μέρος
ὅσον ἀπογεῦσαι· τῶν δὲ λοιπῶν, εἰ θέλοι

Sed ex singulis parvam quandam producam partem
quantam satis sit ad gustandum; reliqua vero, si velit

τυ-

vi. Mihi videntur *οἱ συνηγμένοι* esse ipsi symbolarum collatores, a duce convivii congregati. Vide Salmas. de Vsur. p. 53. Pollux VI. init. *τὸ δὲ ἔργον, συναγαγεῖν, συμπόσιον συστῆσαι, πληρῶσαι, συγκροτῆσαι, συναθροῖσαι, συγκαλέσαι.* Hic commemorandus est locus insignis Apollodori de Polydecte, II. 4. 1. ut appareat, iam Scholiastis graecis accidisse, ut confunderent locutiones ad convivia et ad alia collationum genera pertinentes: *Πολυδέκτης — συνεκάλει τοὺς φίλους, μεθ' ὧν καὶ Περσέα, λέγων, ἔρανον συνάγειν ἐπὶ τοὺς Ἱπποδαμείας τῆς Οἰνομάου γάμους.* Hoc, ex Pherecyde petitum, Schol. Apoll. Rhod. IV, 1515. cepit de mero convivio, alii de epulis collatitiis. Sed *ἔρανον συνάγειν* ibi est, *stipem* sive *tributum* a principe imperatum *conferre.* Quod pulchre demonstravit Heynius, praeeunte Schol. ad Lycophr. 838 Huius generis tributum imperabatur Atheniensibus belli tempore Medici, dictum ab Aristophane Lysitr. 653. *ἔρανος παππῷος ἐκ τῶν Μηδικῶν.* De reliquis *ἐράνων* generibus accurate agit Coraius ad Theophr. Char. p. 166.

38. *ἐξάγω μέρος*] Hoc sensu verbum *ἐξάγειν* alibi non reperio. Suspicabar, *ἐξ χρῶ μέρος. Jac.*

39. *ὅσον ἀπογεῦσαι*] *quanta* vel *quae gustum* vobis *dare* reliquorum *possit.* Huius verbi formam activam nondum in ordinem redegerunt Lexicographi nostri, quo illa tamen non minus digna erat, quam *ἀναγεύω.* Quod verbum eodem sensu posuit Aristophanes Nub. 519.

πρώτους ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, ἣ παρέσχε μοι
ἔργον πλεῖστον.

Agathias, allegoriae suae memor, *ἀπογεῦσαι* praetulit, scripsitque *ὅσον ἀπογεῦσαι*, sicut v. c. Evenus ep. VII.

κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι, τράγε, θυομένῳ.

Igitur allegoria, qua usus est Agathias Scholasticus, per totum hoc Pro-

 oe-

τυχεῖν τις ἁπάντων καὶ μετασχεῖν εἰς κόρον,
ἴστω γε ταῦτα κατ' ἀγορὰν ζητητέα.
κόσμον δὲ προσθεὶς τοῖς ἐμοῖς πονήμασι
ἐκ τοῦ βασιλέως τοὺς προλόγους ποιήσομαι.

---

aliquis integra consequi, et iis ad satietatem expleri,
sciat haec in foro quaerenda.
Vt vero decus meis addam lucubrationibus,
ab Imperatore exordium faciam:

ἅπαν-

oemium aequabiliter fusa et ingenio linguae Graecae plane est accommodata. Dicunt Graeci ἑστιᾷν τινα v. c. καινῶν λόγων, quod loco Platonis IX. Republ. 1. confirmat Casaubonus, ubi vulgo legitur: τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἑαυτοῦ καὶ ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων. Theophrast. Charact. VIII. 1. τί λέγεις; οὐδὲν ἀκήκοας; δοκῶ μοί σε εὐωχήσειν καινῶν λόγων. Ad hanc ille normam informavit locutionem, cui omnis Prooemii huius allegoria superstructa est, ἑστιᾷν τινα νέων ἐπιγραμμάτων. Et haec est legitima huius verbi constructio. Nam quod in Lexicis hodie traditur, ἑστιᾷν τινά τινι, consuetudini repugnat. Confudit Schneiderus ἑστιᾷν et ἑστιᾶσθαι, deceptus a Casaubono ad Theophrastum. Nam ἑστιᾶσθαι cum tertio casu rei construitur, non ἑστιᾷν. Quare Casaubonus ipse recte castigavit Dalecampium, in Athen. Lib. VII. 1. corrigentem, λόγοις γὰρ ἑστιᾷς, et vertentem, *dicendi namque epulis tu nos accipis*; restituitque scriptori veram lectionem, λόγοις γὰρ ἑστιᾷ, *pro epulis enim tibi sunt sermones*. Sic Lycophron, v. 1411. Martem dicit,

τὸν αἱμοφύρτοις ἑστιώμενον μάχαις,

bellis et sanguine se pascentem. His addam singularem Phrynichi Arabii annotationem in Bekkeri Anecdott. Gr. T. I. p. 37. Ἑστιᾷν τῷδε. οὐ μόνον τόνδε, κατὰ αἰτιατικὴν, ἀλλὰ καὶ δοτικήν. Ὅμηρος· δαίνυ δαῖτα γέρουσιν. εἰ καί τινες, ὅτι τὸ δαίνυ νῦν οὐκ εὐωχεῖ οὐδ' ἑστιᾷ σημαίνει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ παρασκεύαζε, παρασκεύαζε δεῖπνον Ἀργείοις. ἀλλ' ἠλέγχθησαν κἀν τούτῳ. Cuius ego analogiae rationem non perspicio.

ἅπαντα γάρ μοι δεξιῶς προβήσεται·
καί μοι μεγίστων πραγμάτων ὑμνουμένων
εὑρεῖν γένοιτο καὶ λόγους ἐπηρμένους.

---

omnia enim mihi fauste procedent.
Et quum maxima facta canenda mihi sint,
grandia etiam invenire contigerit verba.

Μή τις ὑπαυχενίοιο λιπὼν ζωστῆρα λεπάδνου
βάρβαρος ἐς βασιλῆα βιήμαχον ὄμμα τανύσσῃ·

Ne quis cervicalis lori vinculo relicto.
Barbarus in belligerum Imperatorem oculum tendat:

μή-

1. λιπὼν] Mirum loquendi genus, *ὑπαυχενίου λεπάδνου ζωστῆρα λείπειν*, causae fuit, cur Visconti legere mallet *λύων* pro *λιπών*. Sed ipse vidit vir doctissimus, vulgatam lectionem hoc modo non esse sollicitandam. Omnino autem huic carmini varia linguae, a pristina sanitate deflectentis, impressa sunt vestigia. Pindarus Pyth. II. 171. *Φέρειν δ' ἐλαφρῶς ἐπαυχένιον λαβόντα ζυγὸν ἀρήγει.*

2. ὄμμα τανύσσῃ] Paulus Silent. Ecphras. 153.

πᾶς βροτὸς ἀγλαόμορφον ἐς οὐρανὸν ὄμμα τανύσσας.

Quod genus dicendi ductum esse videtur e Platonis disciplina, qui hoc sensu scripsit vel scripsisse fertur *ἀνατείνειν τὴν ψυχὴν* sive *τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἄνω*, apud Timaeum p. 31. ubi vide Ruhnkenium. Quare eadem locutione apposite usus est auctor elegantissimi epigrammatis in Platonem Anthol. Palat. Tom. II. p. 63.

Ἀτθίδος εὐγλώττου στόμα φέρτατον, οὗ σέο μεῖζον
φθέγμα Πανελλήνων πᾶσα κέκευθε σέλις·
πρῶτος δ' εἴς τε θεὸν καὶ ἐς οὐρανὸν ὄμμα τανύσσας,
θεῖε Πλάτων, ἤθη καὶ βίον ηὐγάσαο,
Σωκρατικῷ Σάμιον κεράσας μυκτῆρι φρόνημα,
κάλλιστον σεμνῆς σῆμα διχοστασίης.

Enimvero Agathias locutionem illam transtulit ad gentes bellicosas et rebelles, quae audent *oculos tollere contra* regem: quemadmodum Lucretius I. 67. de Epicuro scribit, Religionem impugnante:

Primum Graius homo mortales tollere contra
Est oculos ausus, *primusque obsistere contra.*

Ubi tamen Nonius, sed solus, p. 411. pro *tollere* habet *tendere:* quod reci-

μηδέ τι Περσὶς ἄναλκις ἀναστείλασα καλύπτρην
ὄρθιον ἀθρήσειεν· ἐποκλάζουσα δὲ γαίῃ,
καὶ λόφον αὐχήεντα καταγνάμπτουσα τενόντων

---

neque inbellis Persis mitram sublevans
rectis oculis intueatur, sed genu ad terram flectens
et superbam membrorum inclinans molem,

Αὐ-

cipiendum minime videtur, nec recepit Wakefieldus. Nam *tendere oculos in* vel *ad coelum*, hominis est divina contemplantis vel deos implorantis, ut apud Virgilium II. Aen. 405.

Ad coelum tendens *ardentia* lumina *frustra*.

At *tollere oculos contra* coelum, homini convenit *audaci* et *obsistenti contra*, qualis a Lucretio deformatur Epicurus. Illud Graece dicitur *τανύειν* vel *ἀνατείνειν ὄμμα εἰς οὐρανόν*. hoc *ἀντιβλέπειν, ὀρθοῖς ὄμμασι* vel, si quid propius accedit e formulis Graecis, quas congesserunt Bentleius ad Horat. I. Carm. 3, 18. et Hemsterhusius ad Propertium p. 92?. Ex quo consequitur, haud accurate scripsisse Agathiam *ὄμμα τανύειν ἐς βασιλῆα* pro *tollere oculos contra regem*, quamvis adiecerit *βιήμαχον*. — In transcursu notanda est locutio Iuliani Aegyptii, *τανύσσαι ὦτα λόγοις*, Epigr. LXV. *intendere aures sermonibus*, Tibull. IV, 1. 132.

3. *μηδέ τι*] „Lege: *μηδ' ἔτι*, et verte: neque amplius, neque in posterum." Haec olim adscripseram. Nunc video hoc ipsum in Cod. Palat. legisse Spalettum et Paulssen.

4—6. Paulus Silent. Ecphras. 26. sqq.

ὄφρα τεοῖς ἀδμῆτα λόφον κλίνειε λεπάδνοις,
καὶ θέμιδος πτήξειε τεῆς ζυγόν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
τετριγὼς ὑπέροπλα μέλας φθόνος ὤκλασε τόξων
ἀστυόχου βασιλῆος.

4. *ἐποκλάζουσα δὲ γαίῃ*] *ἐποκλάζειν* desideratur in Lexicis. *Jac.* Non desideratur hodie, postquam Schneiderus adscripsit locum Heliodor. IV. 17. *ἄρτι μὲν κούφοις ἅλμασιν εἰς ὕψος αἰρόμενος, ἄρτι δὲ τῇ γῇ συνεχὲς ἐποκλάζοντες.*

5. *καὶ λόφον — τενόντων*]. Procul erravit a vero Viscontus vertens, *membro-*

Αὐσονίοις ἄκλητος ὑποκλίνοιτο ταλάντοις.
Ἑσπερίη θεράπαινα, σὺ δ' ἐς κρηπῖδα Γαδείρων,
καὶ παρὰ πορθμὸν Ἴβηρα καὶ Ὠκεανῖτιδα Θύλλην

Ausoniis trutinis sponte se subdat.
Tu vero, serve Occidens, usque ad oram Gadium,
Et ad fretum Iberum, et ad Oceanitida Thulen,

κρά-

brorum molem. Nam vertere debebat *cristam* vel, si vertendo rem illustrare volebat, *tiaram* capitis. Satis constat, reges Persarum per omnes temporum vices gestasse *tiaram rectam*, τιάραν ὀρθὴν, caeteros duces *retrorsum flexam*, ὑποκλινομένην, *inclinatam.* Ea proprie dicitur κυρβασία. Hesychius: Τιάρα ἡ λεγομένη κυρβασία. ταύτῃ δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μόνῃ (μόνοι) ἐχρῶντο ὀρθῇ· οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένῃ. Hanc vocem Graeci transtulerunt ad cristam, λόφον, galli gallinacei, qui ob hanc assimilationem vel, quia e Perside in Graeciam delatus est, vocabatur eximie Περσικὸς ὄρνις, ab Aristophane adeo ridicule rex Persarum primus et antiquissimus Av. 483. ubi deinceps ille scribit:

> διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων καὶ νῦν, ὥσπερ βασιλεὺς
> ὁ μέγας, διαβάσκει,
> ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κυρβασίαν, τῶν ὀρνίθων
> μόνος ὀρθήν.

Ubi vide Beckium. Ad illam igitur τιάραν ὀρθὴν respiciens Agathias satis apposite scripsit καταγνάμπτουσα et ὑποκλίνοιτο· an etiam τενόντων pro *capite*, non dixerim, quum praesertim v. 12. rursus vocem posuerit de *iugo Caucasi.*

8. Θύλλην] In autographo Θύλλην, unde Θυέλλην Holstenius in apographo Barberino, metro pessumdato. Corrigendum Θύλην. Thule insula, quae Virgilio *ultima* ad fines occidentalis Imperii (quod hic Ἑσπερίη) indigitandos. V. Jacobsius bis affirmavit, in Apographo Spalletiano legi θεύλλην, nec oblocutus est Paulssen. Errasse igitur videtur Viscontus. Vulgaris scriptura est Θούλη.

ἤπιον ἀμπνεύσειας· ἀμοιβαίων δὲ τυράννων
κράατα μετρήσασα τεῇ κρυφθέντα κονίῃ
θαρσαλέαις παλάμῃσι φίλην ἀγκάζεο Ῥώμην.
Καυκασίῳ δὲ τένοντι καὶ ἐν ῥηγμῖνι νυκταίῃ

---

leniter respires; et tyrannorum qui vicissim alter alterum excipiebat,
capita considerans tuo in pulvere abscondita,
fidentibus manibus caram amplectere Romam.
Ad Caucasium vero iugum, atque ad oram Cytaeam,

ὀπ-

9. ἀμοιβαῖοι τύραννοι] Nescio an sint Totilas et Teias, ultimi Gothorum reges, qui uno eodemque anno 553. occubuerunt. v. Agath. Histor. init.

10. μετρήσασα hoc loco in sensu considerandi, quod duriusculum: certe μετρεῖν pro aestimare recte dicitur. Hinc fortasse scriptor novitatis cupidus occasionem arripuit verbum ad remotiorem sed affinem significationem transferendi. Si cui haec non arriserint, lege κράατ' ἐσαθρήσατα. V. Μετρεῖν ὀφθαλμὸν pro, radios oculi aliquo intendere, si locum recte capio, Sophocles dixit in Fragm. apud Athen. Lib. XIII. p. 564. apud Brunck. p. 641. Μετρῆσαι ἐπὶ τοῦ ἀριθμῆσαι, Ἀλκαῖος, teste Photio. Quo sensu verbum illud hoc etiam loco sumit Iacobsius, abiecta emendatione, ἐσαθρήσασα, quam ipse proposuerat in Prolegg. p. LVI. Mihi, μετρεῖν positum hic esse videtur, ut Latinorum *metiri*, v. c. apud Corn. Nep. XVIII. 1. *magnos homines virtute* metimur, *non fortuna*. Diodorus Tars. in Anth. Palat. T. I. ep. 235. p. 375.

Μὴ μέτρει Μάγνητι τὸ πήλικον οὔνομα τύμβῳ,
μηδὲ Θεμιστοκλέους ἔργα σε λανθανέτω.''
τεκμαίρου Σαλαμῖνι καὶ ὁλκάσι τὸν φιλόπατριν,
γνώσῃ δ' ἐκ τούτων μείζονα Κεκροπίης.

12. νυκταίῃ] Ita textus nullo sensu et invito metro: repono Κυταίῃ apta quantitate et significatione, mutatione autem quam minima. Cytaeus vel Cytaeaeus et Colchus poetis idem sunt. V.

* * * * * *

ὁππόθι ταυρείοιο ποδὸς δουπήτορι χαλκῷ
σκληρὰ σιδηρείης ἐλακίζετο νῶτα κονίης
σύνομον ἀδρυάδεσσιν ἀναπλέξασα χορείην
Φασιὰς εἱλίσσοιτο φίλῳ σκιρτήματι νύμφη·

---

ubi taurini pedis aere fragoroso,
aspera ferrei resonabant tergora soli,
sociam cum Hadryae nymphis implicans choream
Phasias nympha amica saltatione circumagatur:

καὶ

13. δουπήτορι χαλκῷ] Nescio, unde arripuerit vir doctissimus vocem barbaram *fragorosus*, quum in promtu sint voces Latinae *sonorus*, *resonus*, aliae. Fortasse ei in memoria haerebat *fragosus torrens* Virgilii. Conf. Lucan. II, 620—22.

14. Ἐλακίζετο] Rursus mirari subit, quo modo vir eruditissimus reddere hoc verbum potuerit verbo *resonabant*. Sed confudit ille λακίζειν et λάκειν (vel λακεῖν) quorum illud est *conscindere*, hoc *resonare*, finitimae quidem significationis verba, et confusa etiam a Graecis recentioribus, ex usu tamen Veterum distinguenda. Hesychius: Λάκε ἰδίωμα ἦχου. ἐθλάσθη, συνετρίβη. ἤχησεν. Sed Agathias eo sensu scripsit λακίζειν νῶτα κονίης, quo Pindarus Pyth. IV, 402. ἀράσσειν χθόνα, et paullo post σχίζειν νῶτα γᾶς. Virgil. I. Georgg. 50. *At prius ignotum* ferro *quam* scindimus *aequor*.

15. σύνομον ἀδρυάδεσσιν.] Proxime ad textum emendavi σύννομον Ἀδριάδεσσιν. Σύννομον pro communi socio haud inusitatum. Phasida nympham ad choreas cum Hadriae nymphis nectendas invitat, utpote, quae regiones eiusdem principis imperio subiectas incolant. Iam amplae de Colchis et Iasonis fabulis digressionis origo forte ad victorias Iustiniani de Alanis, qui eum tractum tenebant, referenda: forte etiam poetam, ut hic paulo diutius immoraretur, alliciebant fabulae Argonauticae, quae regiones hasce tot Graecis carminibus nobilitaverant. Vs. sq. νύμφη primo casu: construendum enim cum praecedenti Φασιάς. Digressio ista spectat ad bella, in Lazica, regione Colchidos, gesta contra Persas. v. Procop. Lib. II. c. 10. 15—29. Euagr. Lib. IV. c. 25. 26.

16. νύμφη] Cod. Pal. νύμφηι, monentibus Viscont. et Paulssen.

καὶ καμάτους μέλψειε πολυσκήπτρου βασιλῆος
μόχθον ἀποῤῥίψασα γιγαντείου τοκετοῖο.
μηδὲ γὰρ αὐχήσειεν Ἰωλκίδος ἔμβολον ἄργος,
ὅττι πόνους ἥρωος ἀγασσαμένη Παγασαίου
οὐκέτι Κολχὶς ἄρουρα γονῇ πλησθεῖσα γιγάντων
εὐπτολέμοις σταχύεσσι μαχήμονα βῶλον ἀνοίγει.

---

laboresque canat late regnantis Imperatoris,
aerumnas aspernata gigantei partus.
Neque enim iactaverit Iolcidis rostrum Argûs,
quoniam non amplius labores suspiciens herois Pagasaei
terra Colchis semine repleta Gigantum
pugnacem glebam ad bellicas aristas aperit.

κεῖ-

19. Ἀργοῦς navigii nomen pro mendoso ἄργος revocandum per se patet, ut v. 24. ἐλῦσα pro ἐλοῦσαν. Nam participium hoc ad Medeam refertur, quae v. 25. παρθενικὴ δολόεσσα. V. Ἀργοῦς etiam Iacobsius reponendum censebat in Prolegg. Postea Ἄργος edidit et defendit. Mihi verior videtur Visconti ratio.

21. γονῇ πλησθεῖσα] Nihil offensionis habet tertius casus verbo πλησθεῖσα adiunctus, licet usitatior sit secundus. Macedonius ep. 233. Anth. Pal. T. I. p. 153.

γῆρας ἀμετρήτῳ πληθόμενον ῥυτίδι.

Ubi laudatur Schaefer. ad Longum p 40. et Bast. Ep. Crit. p. 229. Dictum autem est πλησθεῖσα eo sensu, quo Ovidius scribit V. Fastt. 617. *Tauris init coelum. te, Sidoni, Iuppiter* implet. Moschus ep. 200. Anth. Pal. T. II. p 686.

εἶπε δ' ἄνω βλέψας αὐτῷ Διΐ· πλῆσον ἀρούρας,
μή σε τὸν Εὐρώπης βοῦν ὑπ' ἄροτρα βάλω.

Quod frustra mutatum est in βρέξον a Valckenario, qui ipse usum verbi πλησθῆναι bene illustravit Diatr. p. 184. Vide Schaef. Melett. Critt. p. 36.

κεῖνα γὰρ ἢ μῦθός τις ἀνέπλασεν, ἢ διὰ τέχνης
οὐχ' ὁσίης τετέλεστο, πόθων ὅτε λύσσαν ἑλοῦσα
παρθενικὴ δολόεσσα μάγον κίνησεν ἀνάγκην.
ἀλλὰ δόλων ἔκτοσθε καὶ ὀρφναίου κυκεῶνος
Βάκτριος ὑμετέροισι γίγας δούπησε βελέμνοις.
οὐκέτι μοι χῶρός τις ἀνέμβατος, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
Ὑρκανίου κόλποιο, καὶ ἐς βυθὸν Αἰθιοπῆα
Ἰταλικαῖς νήεσσιν ἐρέσσεται ἥμερον ὕδωρ.
ἀλλ' ἴθι νῦν ἀφύλακτος ὅλην ἤπειρον ὁδεύων,

Ea enim aut aliqua finxit fabula, aut per artem
aliquam nefariam confecta sunt, quum rabiem concipiens amorum
dolosa virgo magicam commovit necessitatem.
Sed absque dolis et nigro cyceone
Bactrius gigas *vestris* concidit telis.
Non est mihi amplius regio ulla inaccessibilis, sed in ponto
sinus Hyrcanii, et in profundo Aethiopum
ab Italicis navibus remigando impellitur mitis unda.
Sed abi nunc incustoditus, omnem continentem peragrans

Αὐ-

27. ὑμετέροισι] Sic Viscont. descripsit. Jacobsius ex Apographo Spalet. dedit ἡμετέροισι. Sane Agathias, Theodorum allocutus, potuit scribere ὑμετέροισι, ex more poetarum aequalium, v. c. Pauli Silentiarii, ad Agathiam scribentis ep. 293. Anth. Pal T. I. p. 176.

ποῖος ἔρως, ὅτε βαιὸς ἅλις πόρος οὐδὲ μερίζειν
σὴν χρόα παρθενικῆς τηλόθεν ὑμετέρης;

Quod genus scribendi iam dudum invaluerat inter scriptores Latinos. Sed apud Agathiam lectio pendet ab auctoritate Cod. Palatini.

Αὐσόνιε, σκίρτησον, ὁδοιπόρε, Μασσαγέτην δὲ
ἀμφιθέων ἀγκῶνα καὶ ἄξενα Τέμπεα Σούσων
Ἰνδώης ἐπίβηθι κατ' ὀργάδος· ἐν δὲ κελεύθοις
εἴποτε διψήσειας, ἀρύεο δοῦλον Ὑάσπιν.
ναὶ μὲν καὶ κυανωπὸν ὑπὲρ δύσιν ἄτρομος ἕρπων
κύρβιας Ἀλκείδαο μετέρχεο· θαρσαλέως δὲ
ἴχνιον ἀμπαύσειας ἐπὶ ψαμάθοισιν Ἰβήρων

Italice exsulta viator, et Massageticum
circumiens flexum, et inhospita Tempe Susorum
per Indicum ascende saltum, et in itinere
si quando sitieris, haurito captivum Hydaspen.
Immo et per obscurum occasum imperterritus incedens
Herculis columnas transito, et confidenter
vestigium requiescas in arenis Iberis

ὀπ-

34. Ἰνδώης κατ' οργάδος] Iacobsius coniunctim legit et edidit κατοργάδος, addens: vocem κατοργὰς alibi non reperiri. Sed recte vocem divisit et κατ' ὀργάδος scripsit Viscontus, sive de coniectura, sive secutus Apographum Barberinum. Helladius Chrastomath. p. 19. Ὀργὰς μὲν κοινῶς πᾶσα ἡ γῆ ὅτη ἐπιτηδεία πρὸς καρπῶν γονάς. Quem locum debemus Rhunkenio ad Timaeum p. 195. Etym. M. p. 629. 32. Καλλίμαχος δέ φησιν, ὀργάδα λέγεσθαι τὴν μελάγχειον καὶ ἔνυδρον γῆν. Quod non Καλλίμαχος seu Κόμανος scripsit, cuius nomen illi substitutum legitur in Etym. MS. Paris. monente Ernestio ad Callim. p. 551. Vide Etym. Gud. p. 432. 49. Dictum autem est, ἐπίβηθι κατ' ὀργάδος, sicut v. c. apud Alciphronem I. Ep. 1. καὶ λάβρως κατὰ τοῦ πελάγους ἐπέπνεον ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων οἱ βορεῖ.

35. Textus pro Ὑδάσπην dat ὕασπιν facili negotio emendandum. Flumina passim captiva dicuntur a poetis, ut victorias de regionibus, quas adluunt, demonstrent: ipse Agathias Sangarium δουλωθῆναι scripsit in epigrammate 56. in Analectis. V.

ὁππόθι καλλιρέεθρον ὑπὲρ βαλβῖδα θαλάσσης
δίζυγος ἠπείροιο συναντήσασα κεραίη
ἐλπίδας ἀνθρώποισι βατῆς εὔνησε πορείης.

---

ubi ad pulchrum fluentes maris carceres
duplicis continentis prominentia occurrens
pervii itineris spem hominibus consopivit.

ἐσχα-

39. ὑπὲρ βαλβῖδα θαλάσσης] *maris carceres* vertit Viscontus: *extremos fines* Iacobsius. Sane βαλβὶς utrumque significat, initium curriculi et finem, *carceres* et *metam*. Vide Marklandum ad Sophoclis Antig. 131. At βαλβὶς etiam *limen* significat. Haec una est huic loco conveniens significatio. Plinius H. N. III. 1. *Tam modico ore tam immensa aequorum vastitas panditur. — Qua de caussa* Limen interni maris *multi eum locum appellavere. Proximis autem faucibus* utrimque impositi montes coercent claustra, *Abila Africae, Europae Calpe, laborum Herculis* metae. *Quam ob caussam indigenae* columnas *eius Dei vocant.* Verte igitur *super limen maris*, non *ad* — carceres vel extremos fines.

40. Κεραίη] Κέρας de promontoriis dici, tralatitium est. Vid. Wesseling. ad Herodot. VIII. 76. Callimachus H. in Apollinem v. 91.

Στὰς ἐπὶ Μυρτεύσης κερατώδεος.

ubi Scholiastes: κερατώδεος, τῆς κέρατα ἐχούσης, ἤτοι ἀκρωρείας. Μύρτουσα, ὄρος Λιβύας. Quem locum laudat Barth. ad Stat. Theb. V. 531.

Quantus et ille sacri spiris intorta movebat
Cornua *Parnassi.*

Verum Pindarus iam dixerat ὑψικέρατα πέτραν (Etym. M. v. κέπφος) de quo loco vide T. Hemsterhusium ad Aristoph. Plutum p. 311.

41. βατῆς — πορείης] Oppianus Cyneg. I 120.

ὁππότε ποντοπόροισι βατὴ πλώουσι θάλασσα.

Suidas ad v. Γάδειρα, e scriptore aliquo, nisi fallor: μεχρὶ τούτων ἐλθὼν ὁ Ἡρακλῆς καὶ μὴ δυνάμενος διελθεῖν, στήλας παρὰ τῶν ἐγχωρίων λαβὼν ἱδρύσατο, δηλῶν δι' αὐτῶν, ἄχρι τῶν τῇδε βατὴν εἶναι τὴν γῆν καὶ θάλασσαν. Sed primo loco commemorandus erat Pindarus Nem. III. 35. (20)

οὐ-

ἐσχατίην δὲ Λίβυσσαν ἐπιστείβων Νασαμώνων
ἔρχεο καὶ παρὰ Σύρτιν, ὅπη νοτίῃσι θυέλλαις
ἐς κλίσιν ἀντίπρωρον ἀνακλασθεῖσα Βορῆος
καὶ ψαφαρὴν ἄμπωτιν ὕπερ ῥηγμῖνι ἁλίπλῳ
ἀνδράσι δῖα θάλασσα πόρον χερσαῖον ἀνοίγει.

Desertum vero Libycum Nasamonum calcans
accedito etiam ad Syrtin, ubi, ab australibus procellis
ad obversi Boreae inclinationem reverberatum
et super aridam ex aestu arenam in litore vadoso
hominibus mare dium terrestre iter aperit.

οὐ-

οὐκέτι πόρσω
ἀβάταν ἅλα κιόνων ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρές,
ἥρως θεὸς ἃς ἔθηκεν ναυτιλίας ἐσχάτας
μάρτυρας κλυτάς.

Has Herculis κίονας vel στήλας (Ol. III. 79.) Agathias ſupra v. 37. vocat κύρβιας praeter conſuetudinem. Vide Heynium ad Apollodor. Fragm. p. 396.

v. 45. 46. Hos versus transponendos atque ita vertendos putabat Visconti:

hominibus mare dium terrestre iter aperit
et aridam ex aestu arenam ſuper undam navigabilem,
quae orae adlabitur.

His adiecta erat haec animadversio: „ v. 45. 46. transpositi. Ex ipsa versione immutati ordinis praestantia elucet. In huiusmodi antiquitatis reliquias, quas unicum tantum apographum ad nos perduxit, iura critices latius patent, quam in eas, quas pluria exemplaria eaque consentientia servarunt. Hoc loco ψαφαρὴ ἄμπωτις aridus aestus, arida scilicet arena ab aestu aggesta, in mare litori proximum a Noto reiecta, et ab adversi Boreae statu in contrarium reflexa et stipata, ipsa eadem est, quae πόρον χερσαῖον iter terrestre in ῥηγμῖνι ἁλίπλῳ, in medio scilicet undae, litori adlabentis et navigiis aptae, aperit ac sternit. Vox ῥηγμὶν, hoc sensu haud infrequens:

in-

οὐδὲ γὰρ ὀθνείης σε δεδέξεται ἤθεα γαίης,
ἀλλὰ σοφοῦ κτεάνοισιν ὁμιλήσεις βασιλῆος

Non enim terrae alienigenae te excipient sedes,
sed sapientis Imperatoris semper versabere in possessionibus,

ἐγ-

insolentius Βορῆος pro Βορέως quasi a Βορεύς." Hunc locum prorsus conturbavit et invita Minerva tractavit Viscontus, deludi se passus a praepositione ὑπὲρ, quam sic signatam coniunxit cum verbis ῥηγμῖνι ἀλίπλῳ· quod fieri per rationem grammaticam nequit, quum necessario coniungi illa debeat cum verbis, quae praecedunt, retracto accentu, καὶ ψαφαρὴν ἄμπωτιν ὕπερ. Unde apparet, versus non esse traiiciendos. Sed locus difficilis est ad explicandum. Ego satis habeo, locutiones illustrare exemplis. Callimachus Del. 129. ubi Peneum fluvium loquentem inducit:

τλήσομαι εἵνεκα σεῖο, καὶ εἰ μέλλοιμι, ῥοάων
διψαλέην ἄμπωτιν ἔχων, αἰώνιον ἔρῥειν.

Ubi vide Ernestum et Spanhemium, qui comparat Pindarum Ol. IX. 75. Ῥηγμὶν ἁλίπλοος recte, credo, vertitur a Jacobsio *litus vadosum*, nolim tamen, undis alluentibus *tectum*, sed paullulum *eminens* inter vada, ac quasi *fluens inter aquas*. Possunt comparari ἁλίπλοα τείχεα apud Homerum Il. μ, 26. et, quod scribit Propertius de Cyzico III. 22, 2.

Propontiaca qua fluit Isthmos *aqua*.

Omissa est praedositio ἐν ante vocem ῥηγμῖνι, ut centies apud alios, nec hiatus quicquam offensionis habet, praesertim ante litteram aspiratam, sicut in ep. 686. Anth. Pal. IX. p. 240. Neque vero opus est emendatione Salmasii, ῥηγμῖνι παλίπλῳ vel παλίμπλῳ.

Formam Βορῆος a Βορεύς aliquot exemplis confirmavi in Comment. de Orphei Argonautt. p. 55 Addo nunc, quem modo laudavi, locum Alciphronis I. Ep. 1. λάβρως κατὰ τοῦ πελάγους ἐπέπνεον — οἱ Βορεῖς. Ibi Berglerus comparat Luciani Dial. Mort. XI. (T. I. p. 377.) qui primum scribit Ἀριστέας et, paucis interiectis, Ἀριστεῖ, formatum ab Ἀριστεύς, quod non mutandum esse in Ἀριστέα contendit Hemsterhusius, monens, Ἀριστέαν Herodoti semper apud Thucydidem vocari Ἀριστέα· (I, 60. II, 67.) nec inconstantiam Luciani esse vituperandam, quum etiam Appollodorus II p. 97. primum scripserit Ἀλκαῖος, et minore tamen intervallo ἐξ Ἀλκέως· quod Heynius p.

147.

ἔνθα κεν ἀΐξειας· ἐπεὶ κυκλώσατο κόσμον
κοιρανίη· Τάναϊς δὲ μάτην ἤπειρον ὁρίζων

---

ubicunque incedas: orbi enim circumdedit
Imperium: et frustra Tanais continentem finiens

ἐς

147. cum Galeo mutavit in Ἀλκαῖον. Sed ex hoc loco nihil efficitur, si quidem vocem Ἀλκέως, in libris non comparentem, suo Marte inseruit Aegius. Et poterat Hemsterhusius exempla adhibere certiora, formam simul nominum in ευς exeuntium, eiusque in eodem carmine vel scripto cum altera permutationem magis confirmantia, v. c. Hesiodi, qui in Theogonia Typhonem nunc Τυφάονα appellat v. 306. nunc Τυφωέα v. 821. et 869. plane ut auctor Hymni Homer. in Apoll. v. 352. Τυφάονα posuit, v. 365. Τυφωεύς. (Sic Πορθεὺς Homeri Il. ξ. 115. ab Apollodoro dicitur Πορθάων, I, 7. 5. et 10.) Illic tamen Ilgenius formam Τυφωεὺς *constantiae causa* mutavit in alteram Τυφάων, Hermannus alio modo hanc, quam dicit Praef. p. XXXIV. *inconstantiam* sustulit. Sed hae lances dubiae et quorsum vergant incertae, ut scribit T. H. Illud satis constat, hanc formarum eiusdem nominis varietatem valde frequentari a scriptoribus, v. c. Ἀμοιβέας — Ἀμοιβεύς· quorum illud legitur apud Aelianum V. H. III. 30. hoc apud Plutarchum T. II. p. 443. restitutum etiam Ovidio A. A. III. 399. a Gronovio Observatt. IV. 15. qui plura huius generis exempla congessit. De substantivis verbalibus, quae modo in ος, modo in ευς terminant, agit Lobeckius ad Phrynich. p. 315. Quibus addam rariora quaedam huius formae gentilia, ut Σκυθεὺς apud Lucian. de Dea Syr. T. III. p. 457. ubi perperam legitur, Δευκαλίωνα τὸν Σκύθεα pro Σκυθέα. Ταιναρεὺς in Orph. Argonautt. v. 205. frustra mutatum in Ταινάριος a Brunckio ad Apoll. Rh. I. 179. Nec erat, quod dubitaret de forma Πηλευσμεὺς Buttmannus in Museo Antiq. Stud. T. II. p. 486. A Φυλάκη fit Φυλακεὺς, ut a Δωδώνη, Δωδωνεύς. Illud egregie demonstravit Lennepius V. Cl. ad Ovid. Ep. XIII. 35. hoc notavit Hesychius — Ζεὺς Χρυσαορεὺς commemoratur a Strabone XIV. p. 975. B.

50. κοιρανίη· — ὁρίζων] Voci κοιρανίη iota subscribendum censebat Viscontus, ut Imperator ipse esset, qui sua ditione, κοιρανίῃ, orbem terrarum universum complecteretur. Sic etiam correxit et edidit Iacobsius. At ille solus verba, quae sequuntur:

****

Τό-

ἐς Σκυθίην πλάζοιτο καὶ ἐς Μαιῶτιδα λίμνην.
τοὔνεκεν, ὁππότε πάντα φίλης πέπληθε γαλήνης,

per Scythiam erraverit et ad Maeotida paludem.
Idcirco, quum omnia amicae serenitatis plena sint,

ὁπ-

Τάναϊς — ἤπειρον ὁρίζων,

ita vertit: Tanais *continentem finiens*. Perperam sine dubio, nisi forte intellexerit continentem *Asiae*. Tanais enim finit Asiam, eamque separat ab Europa. Vibius Sequester: *Tanais Scythiae, Asiam ab Europa dividit.* Quod de Hypani etiam praedicaverat Cornelius Gallus, teste eodem Vibio: *Hypanis Scythiae, qui, ut ait Gallus,*

Uno tellures *dividit amne* duas:

Asiam enim ab Europa separat. Hic Gallus *tellures duas* posuit pro duabus terrarum orbis partibus, Asia et Europa, sicut Herodotus ἤπειρον et hanc dicit et illam, III. 134. ubi loquens inducitur Darius: ἐγὼ γὰρ βεβούλομαι, ζεύξας γέφυραν, ἐκ τῆςδε τῆς ἠπείρου ἐς τὴν ἑτέρην ἤπειρον ἐπὶ Σκύθας στρατεύεσθαι. Inprimis tamen Asia, qua late patet, Ἤπειρος dicitur Herodoto IV. 91. et aliis. Eximie Persis ita designatur apud Oratores, et Xenophontem, sicut Ἠπειρῶται sunt gentes Asiaticae, regi Persarum obnoxiae; monente ad Harpocrationem Valesio p. 87. Vide Etym. Gud. p. 246. et quae annotavit Bastius ad Gregor. Corinth. p. 280. Ergo locus Agathiae verti potius debebat: *Tanais* Asiam finiens *vel* separans *ab Europa*. Quod plenius exprimit Dionysius Perieg. 14.

Εὐρώπην δ' Ἀσίης Τάναϊς διὰ μέσσον ὁρίζει·
ὅς ῥά θ', ἑλισσόμενος γαίης διὰ Σαυροματάων,
σύρεται ἐς Σκυθίην τε καὶ ἐς Μαιῶτιδα λίμνην.

Hic Schaeferus, corrigens μέσσος, Melett. Critt. p. 95. poterat confirmare emendationem suam loco Horatii de freto Gaditano; III. Carm. 3, 45.

Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras, qua medius liquor
Secernit *Europen ab Afro,*
Qua tumidus rigat arva Nilus.

Vicissim Mitscherlichius illustrare poterat similibus aliorum exemplis locum Horatii, si tanti fuisset. Nunc a *medio* illo *liquore* mare derivavit *Medi-*

ter-

ὁππότε καὶ ξείνοιο καὶ ἐνδαπίοιο κυδοιμοῦ
ἐλπίδες ἐθραύσθησαν ὑφ' ἡμετέρῳ βασιλῆϊ,
δεῦρο, μάκαρ Θεόδωρε, σοφὸν στήσαντες ἀγῶνα
παίγνια κινήσωμεν ἀοιδοπόλοιο χορείης·
σοὶ γὰρ ἐγὼ τὸν ἄεθλον ἐμόχθεον, εἰς σὲ δὲ μύθων
ἐργασίην ἤσκησα· μιῇ δ' ὑπὸ σύζυγι βίβλῳ
ἐμπορίην ἤθροισα πολυξείνοιο μελίσσης

---

quandoquidem et externi et civilis belli
spes confractae sunt a nostro Imperatore;
age, o beate Theodore, eruditum constituentes certamen
ludicra moveamus poeticae choreae:
tibi enim monumentum elaboravi: propter te verborum
opificio vacavi, et in uno ex pluribus compacto libro
merces congregavi multigenae poeseos:

καὶ

terraneum. Quod multis mecum arbitror accidisse inexspectatum. Nam *medius liquor* nihil habet commune cum *media terra.* Nec quisquam Veterum mare illud dixit *Mediterraneum*, sed *Internum.*

53. ξείνοιο] Cod. Pal. ζένοιο. V.

59. μελίσσης] Μέλισσα antiquioribus apem notabat, at in recentioribus scriptis saepe pro carmine et poesi ipsa usurpatur: ita et ab eodem Agathia Ep. 43. v. 1. in Analectis; ita et in epigrammate ἀδεσπότῳ, ubi Euterpes officium describitur (Anth. Pal. T. II. p. 179.) inter ea, quae de Musis leguntur in Anthologia Planudea. V. In laudato Agathiae ep. *eloquentiam* significat μέλισσαι. Huc pertinet Pratinae, nisi fallor, locus depravatus apud Athen. XIV. p. 633. A:

μέλεα μελιπτέρωτα Μουσᾶν.

Sic olim edebatur. Schweighaeuserus e suo codice dedit:

μέλεα μελιπτέρωτα Μουσᾶν

 quod

καὶ τόσον ἐξ ἐλέγοιο πολυσπερὲς ἄνθος ἀγείρας
στέμμα σοι εὐμύθοιο καθήρμοσα Καλλιοπείης,

---

et tot ex elegis late sparsos flores colligens
coronam tibi eloquentis aptavi Calliopeae,

ὡς

quod vertit, *carmina* mellitis alis *praedita*, id est, *dulcia alataque*. Schneiderus, quid voce corrupta faciat, nescire se fatetur. Utrumque fugit elegans et praeclara emendatio Ioh. Henr. Vossii, in Epistolis Mytholl. T. II. p. 54. proposita:

μέλεα μελιττοπτέρωτα Μουσῶν.

Hic in transcursu illustrandus etiam est locus Etym. M. p. 577. 39. λέγονται δὲ καὶ μέλισσαι καὶ ἱέρειαι παρὰ τῷ ποιητῇ, παρὰ τὴν μέλισσαν τὸ ζῶον καθαρώτατον ὄν. Ubi ὁ ποιητὴς non est Homerus, quod Menagius putabat ad Diog. Laert. I. Segm. 94. p. 54. sed Pindarus, qui in Fragm. 26. p. 633. ed. Boeckh. scribit:

ταῖς ἱεραῖς μελίσσαις τέρπεται.

Ad rem ipsam pertinet Meleagri Praef. v. 33—36.

λείψανά τ' εὐκαρπεῦντα μελιστάκτων ἀπὸ Μουσῶν
ξανθοὺς ἐκ καλάμης Βακχυλίδεω στάχυας·
ἐν δ' ἄρ' Ἀνακρείοντα, τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνο μέλισμα
νέκταρος, εἰς δ' ἐλέγους ἄσπορον ἀνθέμιον.

Quo postremo versu Martinus, ἀνθέμιον in Ἀνθέμιον, florem in poetam transformans, satis confutatur ab Agathia, scribente v. 60.

καὶ τόσον ἐξ ἐλέγοιο πολυσπερὲς ἄνθος ἀγείρας.

61. στέμμα σοι — καθήρμοσα Καλλιοπείης] Cod. Pal. Καλλιοπίης, ut antea τὸ σὸν pro τόσον, teste Viscont. Caeterum hic Agathiae manifesto obversabatur Corona Meleagri, prooemiique, quo eam dedicat Diocli, ipsum initium:

Μοῦσα φίλα, τίνι τάνδε φέρεις πάγκαρπον ἀοιδάν;
ἢ τίς ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθετᾶν στέφανον;
ἄνυσε μὲν Μελέαγρος· ἀριζάλῳ δὲ Διοκλεῖ
μναμόσυνον ταύταν ἐξεπόνησε χάριν.

ὡς φηγὸν Κρονίωνι, καὶ ὁλκάδας Ἐννοσιγαίῳ,
ὡς Ἄρεϊ ζωστῆρα, καὶ Ἀπόλλωνι φαρέτρην,
ὡς χέλυν Ἑρμάωνι καὶ ἡμερίδας Διονύσῳ·
οἶδα γὰρ ὡς ἄληκτον ἐμῆς ἱδρῶτι μερίμνης
εὖχος ἐπιστάξειεν ἐπωνυμίη Θεοδώρου.

Πρῶτα δέ σοι λέξαιμι παλαιγενέεσσιν ἐρίζων

---

ut Saturnio aesculum et naves Neptuno,
ut Marti cingulum et Apollini pharetram,
ut Mercurio testudinem et vites Baccho.
Novi enim quod perpetuum mearum sudori curarum
decus irrigabit nomen Theodori.

Primum vero tibi seligam antiquos aemulatus,

8σ-

62. ὡς φηγὸν Κρονίωνι] Plinius H. N. XII. 2. *Arborum genera numinibus suis dicata perpetuo servantur: ut Iovi aesculus, Apollini laurus, Minervae olea, Veneri myrtus, Herculi populus.*

63. ὡς Ἄρεϊ ζωστῆρα] Homer. Il. β. 478,

ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Ab hoc Martis balteo ducta est locutio de summa imperii militaris apud Apollod. II. 5. 9. εἶχε δὲ Ἱππολύτη τὸν Ἄρεως ζωστῆρα, σύμβολον τοῦ πρωτεύειν ἁπασῶν. Hinc ζώσασθαι est accingi vel ad luctam vel ad pugnam: ζώνην λύσασθαι abscedere a militia.

65. ἄληκτον] leg. ἄλληκτον.

67. Haec et sequentia ad finem usque protulit Vavassor in libro de Epigrammate c. XVI. quod integrum Bibliothecae suae Graecae Fabricius inseruit, Lib. III. c. 28. Ibi pro δέ, δὴ et pro παλαιγενέεσσιν, παλαιγενεεσσιν. (v. 67) primum certe vitio operarum, alterum fortasse exscribentis festinatione. V. In editione Oper. Vavassor. qua utor (Amst. MDCCIX.) versus ita legitur:

πρῶτα δὲ συλλέξαιμι, παλαιγενέεσσιν ἐρίζων.

ὅσσαπερ ἐγράψαντο νεῆς γενετῆρες ἀοιδῆς
ὡς προτέροις μακάρεσσιν ἀνειμένα· καὶ γὰρ ἐῴκει
γράμματος ἀρχαίοιο σοφὸν μίμημα φυλάξαι.
'Αλλὰ πάλιν μετ' ἐκεῖνα παλαίτερον εὖχος ἀρήγει

---

quae scripserunt novae poeseos conditores,
ut veterum diis dicata: decuit enim
antiquarum litterarum eruditam imitationem retinere.
At rursus post illa *antiquior extollit laus*

ὅσ-

71. ἀρήγει] Ad marginem Cod. teste Visconto, scriptum est: ἀγείρει, quod tamen emendationi Vavassor. ἀείρει postponendum existimavit vir elegantissimus. Sed fateor, neque hanc lectionem me probare, neque translationem latinam intelligere. Locus obscurus est, nec nisi emendatione sublevandus. Iacobsius primum in Prolegg. p. LVIII. proposuit: τὸ δεύτερον ἕρκος ἀγείρει, *altera pars operis mei terminis suis quasi sepimento quodam continet.* Postea ad Anthol. Pal. T. I. p. 78. tentavit: τὸ δεύτερον εὖχος ἀρήγει. Sed *secunda* operis *pars* satis declarata est verbis, πάλιν μετ' ἐκεῖνα, nec vox παλαίτερον corruptelae suspicionem movere debebat, nec, quae ei subiungetur, εὖχος. Sic enim Philippus etiam Thessalonicensis scribit in Prooemio Anthol. Gr. v. 5.

ἀλλὰ παλαιοτέρων εἰδὼς κλέος, ἐσθλὲ Κάμιλλε,
γνῶθι καὶ ὁπλοτέρων τὴν ὀλιγοστιχίην.

Qua cum sententia comparari potest dictum Pindari Ol. IX. 73.

αἴνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων.

Ergo non nisi in lectione ἀρήγει vel ἀγείρει difficultas remanet et mendi suspicio. Nam vetus gloria vel *Veterum laudis contentio* non ἀρήγει, neque vero ἀγείρει, quae Recentiores in hoc genere scripserunt, sed ἐγείρει, *excitat* ea, in memoriam revocat, et colligere iubet per aemulationem. Sic Agathiam scripsisse censeo. Statim subiiciam alterum Pindari locum, magis huc pertinentem Pyth. IX. 179.

ἐμὲ δ' ὤν τις ἀοιδᾶν
δίψαν ἀκειόμενον πράσσει χρέος αὖτις ἐγεῖραι
καὶ παλαιὰν δόξαν τεῶν προγόνων·

vel,

ὅσσαπερ ἢ γραφίδεσσι χαραξαμένῃ τινὶ χώρῳ
εἴτε καὶ εὐποίητον ἐπὶ βρέτας, εἴτε καὶ ἄλλης

quaecunque vel picturis inscripsimus, vel aliquo in loco,
aut bene elaboratum ad signum, aut alius

καὶ

vel, quod Boeckhius malit, παλαιὰ δόξα. Plato in Tim. alio quidem sensu ita: (T. IX. pag. 291. Bip.) οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς (ψυχαῖς) ἔχετε, δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν, παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. Quo loco uti poterat Pauwius ad firmandam coniecturam, sane non absurdam, qua Ol. VI. 141. legendum censebat;

δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ γλώσσᾳ ἀκοᾶς λιγυρᾶς.

Vide Scholia ad Olymp. IX. 72. De verbo autem ἐγείρειν, saepe ita posito a Platone, videndus in primis est Heusdius V. Cl Specim. Crit. p. 110. Respondet ei verbum κινεῖν, *commovere* apud Ciceronem v. c. Orat. II. 5. Brut. 87.

72. γραφίδεσσι χαραξαμένη] Vavassor vertit: *quaecunque poeta stylo incidit quovis loco, sive in statuis* etc. Quanto melius Visconti, qui corrigit, χαράξαμεν ἤ τινι χώρῳ; et reddit, *quaecunque vel picturis inscripsimus, vel aliquo in loco.* Hanc emendationem, iamdudum a Iacobsio adhibitam, confirmant tum similes aoristi v. 79. 83. tum ἢ disiunctivum, γραφίδεσσι praepositum, tum usus loquendi. χαράσσειν pro, *scribere* satis notum. Hinc βυβλιακοὺς χαρακῖτας Timon Sillographus viros doctos vocavit, qui olim in Museo Alexandrino, tanquam magni pretii aves, Musarum in cavea inclusi, regio sumtu alebantur, apud Athen. Lib. I. c. 19. p. 22. ubi vid. Casaub. Γραφὶς h. l. est, *tabula picta;* quo sensu hoc verbum usurpavit Philipp. in ep. 42. Anal. T. II. p. 223. καὶ γραφὶς αἰσθάνεται. Adde epigrammata Agathiae, a Visconto collata, ep. 40. v. 7. 41. v. 4. 95. v. 8. in Anal. Br. „ Γραφίδες, ait ille, *tunc temporis in usu erant, ut antiquioribus* ἀγάλματα." Χῶρος significat aedificium qualecunque, *templa, pontes, aquaeductus*, etc. Ita Agathias ep. 52. Anal. III. p. 51. χῶρος ἐγὼ τοπρὶν. Anal. III. p. 139. ep. 28. χῶρος ἐγὼ θεσμοῖσιν ἀνειμένος. Conf. Analect. Crit. ad Anthol. Gr. p. 274. Porro, ἄλλης τέχνης ἄεθλοι, referri possunt ad *gemmas sculptas.* Cuius generis est v. c. M. Argentarii ep. XXVII. in Analect. T. II. p. 272. ubi vide Brunckium.

τέχνης ἐργοπόνοιο πολυσπερέεσσιν ἀέθλοις.
καὶ τριτάτην βαλβῖδα νεηνίδος ἔλλαχε βίβλου
ὅσσα θέμις τύμβοισι, τάπερ θεὸς ἐν μὲν ἀοιδῇ
ἐκτελέειν νεύσειεν, ἐν ἀτρεκίῃ δὲ διώκοι.

---

laboriosae artis ad omnigena opificia.
Tertium novi voluminis repagulum sortita sunt
quae sepulcris adscribere fas, si quae deus carmine
perfici adnuerit, atque ex vero descripserit.

"Or-

76. Pro θέμις Vavassor. edidit, θέμεν. Visconti θέμις defendit cum ellipsi verbi ἐπιγράφειν, ἐπιτιθέναι aut similium: „ praesertim quum hic de studiis in mortuos et sepulcra ipsa agatur, quae *iusta* absolute et Latinis dicuntur." Latina fortasse ita immutanda erant: *quae sepulcris adscribere fas sit, quae quidem deus tum versibus perficere annuerit, tum ex vero, (accurate,) persequi*, ut locum fere cepit Vavassor, legens v. 77. διώκειν. Recte. Caeterum totam hanc Epigrammatum in septem libros, aut classes, distributionem Agathias ita describit, ut in animo habuisse videatur missum certaminis curulis; de quo vix dubitabit, qui hos versus comparaverit cum Il. ψ. v. 257 sqq. Fingit enim auctor, se cum antiquioribus Epigrammatum scriptoribus et Anthologiarum conditoribus de principatu contendere, et in eodem stadio decurrere. Hinc statim v. 67. dixit: πρῶτα δέ σοι λέξαιμι παλαιγενέεσσιν ἐρίζων, quo verbo etiam utitur Homer. v. 404. Βαλβὶς fortasse de carceribus, unde equi emittebantur, vel de tertii missus initio, intelligi voluit, spectans simul ad dictionem, βαλβῖδα τοῦ λόγου βάλλεσθαι, quae exstat apud Philostr. Soph. II. 20, 3. Cicero in Brut. 87. Longi sermonis initium pepulisti, *inquam*, *Attice*, remque commovisti, *nova disputatione dignam*. Huc etiam pertinet versus apud Eustath. ad Hom. p. 1404. 56. ὁ βατήρ. ὃς ἦν ἀρχὴ, φησι, τοῦ τῶν πεντάθλων σκάμματος. ὅθεν ἡ παροιμία·

αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου.

Quem iambum Casaubonus ad Theophr. c. XV. p. 168. ed. Fisch. sic immutatum profert:

αὐτὸν κέκρουκα τὸν βατῆρα τῆς θύρας.

77. ἐκτελέειν — διώκοι] Conf. Hom. Il. ψ. 373. 499. Od. θ, 22.

Ὅσσα δὲ καὶ βιότοιο πολυστερέεσσι κελεύθοις
γράψαμεν, ἀσταθέος τε τύχης σφαλεροῖσι ταλάντοις,
δέρκεό μοι βίβλοιο παρὰ κρηπῖδα τετάρτην.
Καὶ τάχα καὶ πέμπτοιο χάρις θέλξειεν ἀέθλου,
ὁππόθι κερτομέοντες ἐπεσβόλον ἦχον ἀοιδῆς
γράψαμεν. Ἑκταῖον δὲ μέλος κλέπτουσα Κυθήρη

εἰς

Quae autem de variis vitae semitis
scripsimus, instabilisque Fortunae fallacibus trutinis,
haec mihi adspice ad *sedem* quartam.
Fortasse et quinti certaminis te mulceat gratia,
ubi conviciantes probrosi cantilenam carminis
scripsimus. Sextum vero melos sibi Cytherea subducens

80. κρηπῖδα] Haec etiam vox translata est a Circo. Erat enim et dicebatur κρηπὶς, media Circi *crepido*, quem *Euripum* vocabant alii: *spina* apud Romanos. Salmasius Plin. Exercitt. p. 909. Lydus de Mensibus p. 4. ὅτι Εὔριπος ὠνομάσθη ἡ μέσον τοῦ Ἱπποδρόμου κρηπίς. Nescio tamen, an simul respexerit Agathias locutiones Pindaricas, Pyth. IV. 245. βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων. Pyth. VII. 3. κρηπῖδ' ἀοιδᾶν ἵπποισι βαλέσθαι. Adde Fragm. 103. p. 662 ed. Boeck.

81. πέμπτος ἄεθλος, *quintus missus.*

83. Ἑκταῖον — Κυθήρη] De forma ἑκταῖος vid. Hermann. ad Viger. p. 720. Nomen Κυθήρη nunc quidem sic scriptum habet Cod. Pal. Alteram formam Κυθείρη alibi exhibet, v. c. IX. ep. 606. *Cythera* pro Venere immigravit etiam in Lexica Latina. Forcellinus in v. 9. „Ipsa quoque Venus *Cythera*, *ae*, dicitur. Manilius lib. II. v. 439

Lanigerum Pallas, taurum Cythera *tuetur.*

Ubi adverte, primam syllabam productam." Hoc non erat imputandum Manilio, nec committendum a Lexicographo tam docto. Recte Bentleius edidit

********** Cy-

εἰς ὀάρους ἐλέγοιο παρατρέψειε πορείην·
καὶ γλυκεροὺς ἐς ἔρωτας. Ἐν ἑβδομάτῃ δὲ μελίσσῃ

---

ad colloquia elegi progressum declinabit
et ad dulces amores. In septimo demum *carmine*
su-

Cytherea. Sed *Cythere* pro Venere, monente Gesnero, legitur apud Ausonium ep. 39.

Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere.

Rursus ep. 100.

Mercurio genitore satus, genitrice Cythere.

Caeterum hic Agathiae locus est elegantissimus. Primum observa verbi *παρατρέπειν* vim propriam apud Hom. Iliad. ψ. 598. 423.

Ἀντίλοχος δὲ παρατρέψας ἔχε μώνυχας ἵππους
ἐκτὸς ὁδοῦ, ὀλίγον δὲ παρακλίνας ἐδίωκεν.

Hinc intelligitur, quam convenienter huic metaphorae posuerit ille exquisitam locutionem, *ἐλέγοιο πορείην*, quam recte Iacobsius composuit cum Pindari Ol. IX. 72.

ἔγειρ' ἐπέων σφιν οἶμον λιγύν.

Ubi nollem hodie substitutum legi *οὖρον*. Sed illud etiam eleganter dictum est de Venere, *κλέπτουσα παρατρέψειε*, *furtim averterit* vel *avertet*, a solita via *deflectens*, *παρακλίνασα*.

85. *ἐν ἑβδομάτῃ — μελίσσῃ*] *Μελίσσην* dicit septimum Anthologiae librum ab argumento, si quidem eo continebantur carmina de conviviis et symposiis, (quae Pindarus etiam Pyth. VI. 52. *melle dulciora* vocat) nec tamen satis apposite ad superiora, quae, unde ducta sint, demonstravimus. Septem Anthologiae libri respondent septem illis curriculis, quae qui primus absolvisset, victoriam reportabat. Coronam, victoris praemium, Agathias dedicavit Theodoro Cosmae. Eandem allegoriam video placuisse Lactantio Div. Institt. VII. 27. *Quoniam, decursis propositi operis septem spatiis, ad metam provecti sumus etc.*

Agathias igitur hac in re palmam praecipere conatus est Meleagro. Ut Florilegium conderet, opus erat epigrammatum *collectione* ac *descriptione*. Illam coenae collatitiae, hanc septem curriculis in Circo peragendis assimilavit.

Bacchi laetitias, et mero amicas choreas

εὐφροσύνας Βάκχοιο, φιλακρήτους τε χορείας.

καὶ

vit. *Circus* autem Graece dicitur κύκλος. Hinc explicandus unice videtur titulus, quem huic Florilegio tribuit Suidas, Κύκλος Ἐπιγραμμάτων. Aliter quidem de hac re statuebat Casaubonus ad Athenaeum p. 277. T. IV. p. 23. ed. Schweigh. de Cyclo Epico scribens: „ Quare id τεῦχος fuerit appellatum Κύκλος, causam non video aliam, nisi praestantiam figurae eius. Nam, quia *orbis* figura omnium absolutissima et capacissima est: propterea id corpus, quod historiam fabularum contineret universam a capite ad finem prope totam, *Orbem* aut *Circulum* nominarunt. *Sic librum Anthologiae, quo complexus est* Agathias, *quicquid fere in eo genere laude dignum habuit Graecia*, Κύκλον *vocant scriptores.*" Enimvero Agathias libro suo minime complexus est nec complecti voluit, quicquid in hoc genere laude dignum habuit Graecia, sed epigrammata recentiorum poetarum, qui inde a Philippi Thessalonicensis, nisi fallor, usque ad suam ipsius aetatem scribendis illis vacaverant, septem libris complexus, secundum varias argumentorum rationes ita deinceps ordinarat, ut primo includeret Ἀναθηματικά, secundo Ἐπιδεικτικά, sive descriptiones operum adspectabilium; tertio Ἐπιτύμβια· quarto Ἠθικὰ et Προτρεπτικά· quinto Σκωπτικά· sexto Ἐρωτικά· septimo Συμποσιακά. Hos septem libros quum in extrema praefatione ita descripserit Agathias, ut animum in primis adverteret ad septem ludorum Circensium spatia, seseque in hac descriptione Veterum quasi ἀνταγωνιστὴν exhiberet, factum esse arbitror, ut vel auctor ipse vel alii, ut Suidas, septemplicem hunc epigrammatum orbem vocarent Κύκλον Ἐπιγραμμάτων. Κύκλος autem de stadii vel palaestrae ambitu iam apud Pindarum legitur Ol. IX, 140.

διήρχετο κύκλον ὅσσᾳ βοᾷ,
ὡραῖος ἐὼν καὶ καλὸς κάλλιστά τε ῥέξαις.

Apollonius Rhod. IV. 1604.

ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ θοὸν ἵππον ἐς εὐρέα κύκλον ἀγῶνος
στέλλῃ, ὀρεξάμενος λασίης εὐπειθέα χαίτης —

Sed κύκλος etiam dicitur *ambages cyclica* qualiscunque, v. c. apud Xenoph. Cynegett. 3, 6. Haec significatio traducta est ad Circi quoque spatia vel decursus. Cedrenus Histor. Comp. (T. VII. p. 135. C.) οὐ πλίον δὲ τῶν

ἑπ-

καὶ μέθυ, καὶ κρητῆρα, καὶ ὄλβια δεῖπνα νοήσεις.

---

et temetum, et craterem, et lauta prandia videbis.

ἑπτὰ κύκλων (σὺς σπάτια, οἱονεὶ στάδια καὶ μίσσους ἀντὶ τοῦ ἄθλους) περὶ τὴν πυραμίδα, ἣν νῦν ὀβελὸν καλοῦσι, διεπληκτίζοντο οἱ ἀγωνισταί. De quo loco vide Salmasium Plin. Exercitt. p. 904. C. Sic vicissim *δρόμος* ponitur de cursu simul et de stadio, in quo curritur, ut *spatium* et *curriculum*. Late autem patet illud a stadio et circo translatum dicendi genus, non solum apud Graecos, (quod nuper bene demonstravit Lafontainius ad Aeschyli Agam. 122. p. 162.) sed etiam apud Romanos. Cicero Orat. 3. *Fateor, me oratorem — non ex rhetorum officinis sed Academiae* spatiis *exstitisse. Illa enim sunt* curricula multiplicium variorumque sermonum, *in quibus Platonis primum impressa sunt vestigia.* Propertius ubi scribit I, 7, 10.

Hinc cupio nomen carminis ire *mei:*

egregie animadvertit Passeratius: *Ab his emitti carceribus ad calcem gloriae cupio.* Translatio a quadrigis Circensibus. Idem III, 1, 39.

Carminis *interea nostri redeamus* in orbem.

III, 3, 21.

Cur tua praescriptos evecta est pagina gyros?

IV, 2, 58.

Haec spatiis ultima meta meis.

Igitur non dubito, quin, sicut Κύκλος Ἐπιγραμμάτων, ita etiam nomen inde traxerit Κύκλος Ἐπικός. In quo titulo explicando quantopere adhuc fluctuent viri docti, patet ex iis, quae disputantur in Addendis ad Scholia antiqua in Homeri Odysseam p. 574. ed. Buttm. Nobiscum facit Baxterus ad Horatii A. P. 132.

HIERONYMI DE BOSCH

OBSERVATIONES ET NOTAE

AD

ANTHOLOGIAE GRAECAE

LIBRUM TERTIUM.

Tit. 1. Ep. 1. Ut apud Diog. Laërt. in Platone, L. 3. f. 43. fic in omnibus priscis Anthologiae Editionibus auctoris nomine caret, at apud Gruterum infcribitur Σιμμίου.

v. 2. θεῖος, Br. δῖος. Ἀριστοκλέης, Plato prius ita ab avo, ut videtur, dictus. Vid. Suid.

v. 4. Br. πλεῖστον, καὶ φθόνος οὐχ ἕπεται. Diog. Laërtium fecutus; cui lectioni tamen non favet addita ibi Obfopoei verfio:

Si quemquam ad magnos fapientia vexit honores,
Hunc citra invidiam vexit et ipfa virum.

quod propius Grotianae verfioni accedit. Vetus interpres in Ed. Jenfonianâ 1475.

Si Sophiae quisquam praeconia magna fecutus,
Hic fibi multa tulit, livor et omnis abest.

Οὐχ ἕπεται vero defendi posfit ex noto Nepotis dicto, *Invidia gloriae comes*, et Sallustio Jugurth. c. 55. ubi monet, *meminisfe, post gloriam invidiam fequi*, et ibidem c. 10. *gloria invidiam vincere difficillimum esfe;* unde et Claudianus in Secundo Confulatu Stilichonis v. 39.

Solus hic invidiae fines virtute reliquit.

Citat hoc carmen Mitfcherlichius ad Horat. L. 2. Carm. 20. v. 4.

Ep. 2. Br. inter ea, quorum auctores non cogniti funt, pofuit

tom. 3. p. 297. Egregia de voce σηκὸς, quod etiam notavit Jacobsius, attulit Valckenaerius ad Ammonium p. 155. Conf. Eurip. Polyid. Fragm. IX. p. 584. ubi memorat βασιλικοῦ σηκὸν τάφου, et Luciani Amores §. 14. t. 2. p. 412.

Ep. 3. Jacobsius similes hujus praeclarae sententiae locos Rittershusium collegisse monet ad Oppiani Halieut. p. 251. Sed nemo pulcrius hujus sententiae vim exposuit, quam Horatius L. 3. c. 2. v. 21. et seqq.

Virtus, recludens immeritis mori
Caelum, negata tentat iter via,
Coetusque vulgaris, et udam
Spernit humum fugiente penna.

Ad Ex. Ruhnkenii „ Vid. Epigr. a Jensio edita p. 342. ubi aliud Epi- „ gramma in *Joannem* hunc *Epidamnium* occurrit."

Ep. 4. v. 1. Ed. Ald. 1521. et Ven. 1550. Ἐπιδάμνου. Male. Vid. Holsten. ad Stephan. de Urbibus p. 115. v. 2. Ad Ex. Ruhnk. „ δὴ, γρ. „ πρὶν, ut est in Cod. Vat."

v. 4. ad Ex. Burm. Maj. „ pro μένος l. γένος."

v. 6. Λύχναδον, Burm. Secundus et Ruhnk. ad sua exempla. „ Lege Λυχνιδοῖ. Holst. in Steph. Byz. v. Λυχνίδος p. 194." neque aliter Brunck. De oppido Lychnido, seu Lychnado, vid. omnino doctissimi S. Bocharti Geograph. Sacr. L. 1. c. 23. vol. 2. p. 462. in MSS. erat *Lychnidos*.

Ep. 5. v. 1. μετὰ τέρμα βίοιο, sic L. 1. t. 86. ep. 7. L. 2. t. 15. ep. 3. et L. 3. t. 25. ep. 32. at Ep. 17. seq. simpliciter τέρμα.

v. 2. Br. κατὰ θεσμὸν, ut ad Ex. Scaligeri notatum, quod recte et Grotius secutus est.

ἀνὰ στόμα φωτὸς ἐχέσου. Nota ea Ennii. *Volito vivu' per ora virum.* ubi vid. Hesselii notas p. 161. et 162. Sic κεῖσομαι ἐν στόματι. L. 1. Tit. 70. Ep. 1. ubi Jacobs. vol. 1. p. 327.

v. 4. κχμόντα, *mortuum*. Conf. L. 1. Tit. 37. ep. 7.

Ep. 6. In M. S S. *Carphyllidae*. v. 1. παριών. Vid. D'Orvillii Animadv. in Charit. p. 650.

v. 5. Grotius:

Unde sinu dulces gestavi saepe nepotes.

Melius ad sensum, quamvis verbi ἐγκοιμίζω non alibi sit auctoritas,

Inque meo gremio quos fovi saepe tenellos.

v. 7. κατασπείσαντες. κατασπένδω, de voto sacro et solemni. Vid. t. 25. ep. 51. h. l. atque apud Euripid. Orest. v. 1189. et 1241. neque aliter

aliter apud Polybium L. 3. cap. 11. καταστεῖσαι τοὺς θεοὺς, de jurejurando, quo se contra Romanos obstrinxerat Hannibal.

Ep. 7. Horatiana ad h. l. attulerunt VV. DD. sed adde Pindarum Od. 8. v. 135. Ἐπάμεροι. Τί δέ τις; τί δ' οὔτις; Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι· quae leguntur etiam apud Plutarchum, Conf. ad Apollonium p. 289. Ed. Wytt. Conf. L. 2. t. 40. c. 8.

Ep. 8. Recte ad hoc referas elegantissimos versus, qui occurrunt in Anth. Lat. tom. 2. p. 8.

Me desolatum, me desertum, ac spoliatum
Clamarem, largis saxa movens lacrymis.

ad quos doctissimus et ingeniosissimus Latinorum Poëtarum interpres P. Burmannus Secundus haec habet: *Egregium numerorum artificium in hoc disticho ad lugentis dolorem exprimendum, optimo cum judicio cumulatis spondaeis et verbis idem fere significantibus, admirabitur, cui aures sunt ad poëticas delicias factae.* Julianus de Nicomedia terrae motu subversâ. p. 207. νῦν ἔδει καὶ πέτραις δοθῆναι δάκρυα. Non dissimile illud Propertii L. 2. El. 16. v. 7. et 8.

Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba
Sollicito lacrymas depluit e Sipylo.

ubi vid. Burmanni notas.

v. 6. Homericum στυγερῷ πένθει, Il. X. v. 483. et Odyss. K. v. 376.

Ep. 9. v. 5. In Ald. prima et Juntina, τριτάλλακτα sed emend.

Ep. 10. Vid. de hoc Ruhnk. Ep. Crit. p. 174. et Theodori Graevii notas ad Callimachum Ed. Ernestii p. 286. Merito huc referuntur ea ex cippo Popiliae apud Sponium in Miscell. p. 369.

ΚΑΙ. ΛΕΓΕ. ΠΟΠΙΛΙΗΝ. ΕΥΔΕΙΝ. ΑΝΕΡ. ΟΥ. ΘΕΜΙΤΟΝ. ΓΑΡ.
ΘΝΗΣΚΕΙΝ. ΤΟΥΣ. ΑΓΑΘΟΥΣ. ΑΛΛ. ΥΠΝΟΝ. ΗΔΥΝ. ΕΧΕΙΝ.

Popiliam dormire tuam dic, optime conjux;
Suavis ei somnus, nam bona non moritur.

v. 2. θνάσκειν. Sylb.

Ep. 11. De hoc vid. B. Averanii Opp. vol. 1. p. 112. qui v. 2. legit Ἀμυιγένην, cum in aliis, ut Ald. 2. 3. et Veneta legatur Αἰσιγένην. Hoc Ep. citat etiam Kirchmannus de Fun. Roman. p. 334. Ad rem Martialis L. 5. E. 34. v. 9. 10.

Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi
Terra gravis fuerit; non fuit illa tibi.

Ubi vid. Interpp. in primis Raderum, qui hos versus commemorare non ne-

neglexit. In contemtum hoc convertit Ammianus, L. 2. t. 43. e. 1. Vid. nostras observationes.

Ep. 12. ἐνδέξια. de hac locutione et simili ἐπιδέξια egerunt Ernestius ad Hom. Il. A. v. 597. B. v. 353. conf. H. v. 184. et ad M. v. 239. neque omitte Odyss. P. v. 365. et Φ. v. 141. Ernestii notis adde Valckenaer. ad Eur. Hippol. in notis p. 311.

v. 4. ἠγησιλέω in Ald. 2. 3. et Veneta, quod ad Ex. Ruhnk. notatum. Apud Athenaeum l. 3. p. 99. Aeschylo dicitur Pluto Agesilaus. Sic apud Callimachum Hymn. in Lavacrum Palladis, v. 130. μεγάλῳ τίμιος Ἀγεσίλᾳ. ubi vid. VV. DD. notas, quas exscribere non vacat. Conferatur Carmen in Mantissa Tertia p. 418.

Ep. 13. apud Br. talis inscriptio. Εἰς Εὐγενίαν ἀδελφὴν Ἀγαθίου, καὶ τὸν αὐτῆς ἄνδρα Θεόδοτον· οὗτοι μαχησάμενοι πρὸς ἀλλήλους, πρὶν διαλυθῆναι, ἐτελεύτησαν. huic Grotiana versio plane respondet. De hac Eugenia Agathiae sorore conf. t. 12. h. l. e. 31.

v. 1. ἐν γαίῃ πύματον δρόμον *ultimum vitae spatium.*

v. 2. in Ed. Princ. Θεύδοτος. male.

v. 3. Ἄτη, Dea, gravis noxa, quae miseris mortalibus immitti credebatur. Vid. Erasmum in Adagio: *ira omnium tardissime senescit.* p. 266. Adde Valcken. ad Eur. Hippol. p. 193.

E. 14. Nulla cum varietate lectionis est in nostro apographo, p. 496. ubi illud additum. *Videtur esse Epitaphium cujusdam Christiani.*

v. 2. γηροκόμον. Frequens vox de optimis liberis, qui parentes senes alunt, ut L. 4. t. 9. e. 3. pro qua γηροβοσκὸς etiam usurpatur. Vid. Hesiod. Theol. v. 604. Eurip. Phoen. v. 1445. et Xenoph. Oeconom. cap. 7. §. 12. et 19.

Ep. 15. v. 2. Jacobsius hic se ignorare fatetur, quid sit, *caput tangere*, sed doctissimus vir sibi proponere debebat gestum hominis, qui de mutando vitae suae, cujus poeniteat, statu serio admodum deliberat, et, ut poetae in versu faciendo saepe facere solent, caput scabit, quod est apud Horatium Serm. L. 1. Sat. 10. v. 71. Conf. Erasm. in Adag. Chil. III. Cent. 6. p. 868.

v. 5. Ζωὴν συλώσαιτο, Salm. ex membranis οἶκον συλήσαιτο. Ex iis, quae ad h. l. attulerunt VV. DD. inprimis memorandus, ab Obsopoeo indicatus, locus Euripidis Iphigen. in Taur. Cum Iphigenia dixisset v. 50.

Mi-

Μόνος δ' ἐλείφθη σύλος, ὡς ἔδοξέ μοι,
Δόμων πατρῴων.

haec verba sequuntur. v. 57.

Στύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.

non dissimile illud Propertii, L. 4. El. 11. v. 69.

Et serie fulcite genus;

v. 7. in Juntina legitur ἐν πολυκάεϊ ὄλγῳ, unde Obsopoeus legendum putat ὄλβῳ.

v. 9. 10. Huc referantur ea Susarionis, comicorum primi,

κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι, κακόν.

apud Stob. Tit. 67. Ed. Aur. Allobr. p. 422. et apud Grot. Tit. 69. p. 284.

Malum, Quirites, mulier. interea tamen
Coli penates nequeunt absque isto malo:
Malum est uxorem ducere, et non ducere.

Ep. 16. apud Br. tom. 3. p. 125.

Εἰς Ἰωάννην τὸν Ἐλεήμονα πάπαν Ἀλεξανδρείας.

v. 2. Br. recte ut in Edit. priscis ἔτι. Ed. prima ἦν δ' ἔτι. et v. 3. ἐν νεκροῦ, et v. 5. κτήματι, quod etiam ad Ex. Ruhnk.

v. 5. ὅλων πλέον. Vid. D'Orvill. ad Charit. p. 370.

v. 6. Male in Wechel. errore typographi, ἔρδα pro ἔργα.

v. 12. Salm. „Lege ἀρειστάτας." Ad Ex. Ruhnk. „ἀρεώτατας Sylb."

Ep. 17. v. 1. In omnibus Edd. priscis ἱερήων, at in ea apud Badium 1531. ἱερείων, quod Steph. et alii adoptarunt.

v. 2. μετὰ τέρμα. Vid. supra Ep. 5.

Ep. 18. Vid. D'Orvill. ad Charit. p. 288. quod ad suum Exempl. etiam notavit Ruhnk. conf. Br. Lect. et Em. p. 24.

v. 2. Br. Νικοδίκου et καὶ πόλις ἦδε Πόλη quod Grotius non secutus, in cujus versione in M. S. pro *amici* legebatur *amicis*. (Retinendum hoc erat. Junxit Grotius: *Amicis simul patria*. L.)

Ep. 19. v. 1. In nostro Apographo τοῦτό τοι — et v. 4. pro πόματος, ὕδατος in membranis, et Εἰς Σαβῖνον ἐν Κορίνθῳ θαύματος ἄξιον. *In Sabinum in urbe Corinthi admiratione dignum. Vixit sub Adriano Sabinus Sophista, de quo Suidas.* Lectiones sequitur Br. At Casaubonus ad Strabonem L. 3. p. 229. acquiescit in vulgatis. Jacobsius: *adscripsit Salmasius: Placet* ὕδατος, *et versus rotunditas hoc postulat.* πιεῖν τὸ

Λήθης ὕδωρ saltem frequens est apud Lucianum. Quod ad rem Ovid. Ex Ponto L. 4. Ep. 1. v. 17.

Da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Lethen;
Oblitus potero non tamen esse tui.

et elegantissime incertus poëta Anth. Lat. tom. 2. p. 139.

Tu, cave, Lethaeo contingas ora liquore
Et cito venturi sis memor, oro, viri.
Te sequar obscurum per iter. Dux ibit eunti
Fidus Amor tenebras lampade discutiens.

ut legitur in Observat. Miscell. vol. 2 tom. 3. p. 403.

Ep. 20. Est carmen, ut recte observat Jacobsius, in Theodosium M. Imperatorem et Joannem Chrysostomum Constantinopoli in Apostolorum aede conditos.

v. 3. οὐρανοῦ ἄντυγας, de axe coeli. Vid. notas ad L. 2. t. 52. e. 7. Ceterum de Chrysostomo post mortem honorato vid. Cl. Venema Instit. Hist. Eccl. tom. 4. p. 27.

Ep. 21. v. 5. 6. Hoc modo etiam verti possint:

Ultima terrarum sed pervolat aurea virtus,
Inque beatorum mens rutilat thalamis.

Ep. 23. Hoc inter Anecdota posuit Jensius p. 347. omisit Reiskius. in nostro apographo legitur p. 522. et quidem v. 3. ut apud Br. et Jacobsium ὅσσ' ἐλαχὺς τ' ἐμαθὲς τε. recte. Vid. Tit. 32. h. l. ep. 40. Inscriptio haec est: Εἰς Πυθέαν σοφιστήν.

Ep. 24. Vid. de hoc V. D. notas ad Callimach. p. 287. Ed. Ern.

v. 1. Ed. Princ. ἀΐδος — Theocrit. Idyll. 1. v. 130.

Ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' ἔρωτος ἐς ᾅδαν ἕλκομαι ἤδη.
Jam feror infernas agitatus amore sub umbras.

De Praepositione εἰς vel ἐς egregia attulit Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 361. et 456.

Tit. 2. Ep. 1. Vid. Ruhnken. Ep. Crit. p. 174. Legitur etiam apud Ursinum p. 161.

Ep. 2. De Milone conf. L. 2. t. 1. Ep. 11. Valer. Maxim. l. 9. c. 12. Junium de Pictura Veterum p. 76. et Erasmi Adagia p. 537. De ejus interitu consule Gellium et Ovid. in Ibin. v. 611. N. A. L. 15. c. 18. in primis vero V. D. ad Philostratum in vita Apoll. Tyan. p. 167. seqq. Adde Ciceronem de Senectute c. 9. et 19. et denique Simsonii Chron. ad annum 3473.

v. 2.

v. 2. Ed. Princ. Ἑπτὰ, ut etiam Ald. pr. Junt. Ascens. 1531. et Bas. 1549. Ald. Sec. ἑπτάκι ut reliquae. εἰς γόνυ πεσεῖν, quid sit vid. apud Kuhnium ad Aeliani V. H. L. 3. c. 17. quod ad Ed. Steph. notavit P. Burmannus Patruus.

Ep. 3. v. 7. ἁ βάσις με λυσάτω. Recte Jacobsius hoc comparat cum illo ejusdem Philippi, L. 4. T. 7. E. 36. προσδήτας βάσει. Sed vid. de hoc Ep. Nicol. Pinelli Additam. ad Onuphr. Panvinii de Lud. Circ. in Thes. Antiq. Rom. Vol. 9. p. 540.

Ep. 4. Vid. omnino Ruhnk. Ep. Crit. p. 174. qui cum Heinsio optime huc retulit illa Ovidii Amor. L. 2. El. 6. v. 59.

Ossa tegit tumulus: tumulus pro corpore parvus,
Quo lapis exiguus par sibi carmen habet.

Inter ea Callimachi est in Ed. Ernestii p. 286. ubi si eam, quae ibi datur, versionem cum Grotiana compares, nihil intellectum intelliges. v. 1. Br. pro τάφος, τεῖχος et pro λέξω, λέξον.

Tit. 3. Ep. 1. v. 2. Br. μὲν ut in Edd. priscis.

v. 3. λαχέτην λίνα. Bene Wakefield, qui hoc Ep. tractavit Silv. Crit. Tom. 2. p. 45. huc refert illa Theocriti Idyll. 1. v. 139.

— Τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπει
Ἐκ Μοιρᾶν. —

qui tamen contra priscarum Editionum auctoritatem cum Brunckio legere maluit, πάντ' ἐλελοίπῃ. Redde

Omnia at a Parcis deerant fatalia lina.

v. 4. Conf. Tit. 5. Ep. 28.

v. 6. Br. rectissime συνετρεχέτην. ut in Gruteri Exemplo et a Scaligero notatum.

Ep. 2. v. 1. Ed. princ. Δὶς δύ' ut Ald. 1. Junt. et Bas. 1549. et v. 2. γενεῆς veteres omnes. ἀδελφοὺς. Ald. 2. 3. Junt. Venet. et Bas. Citat Ep. Burm. in Addendis ad Anth. Lat. p. 653. Δίς δύ' Secutus est Th. Morus, ut patet e versione, sed melius Grotius vulgatam.

Tit. 4. Ep. 1. De hoc egit Wesselingius in Observ. L. 1. c. 7. p. 23. ubi, ut in Ed. Wolfii, male legitur κακοζίας. Notam piscatorum paupertatem, unde proverbium ἁλιέων βίος, indicavit Hemsterh. ad Lucian. T. 1. p. 444.

Ep. 2. v. 2. Br. ut Edd. priscae ἦλθεν v. 6. ad Cod. Leid. manu Scaligeri, ni fallor, συμφλέξας non male, siquidem συμφλέγω usitata vox, ut L. 7. E. 123. et alibi. At συλλήγω se tantum hoc uno loco tuetur,

v. 7.

v. 7. Ed. Princeps ἀέξων. v. 8. σύμπλουν ἐς βίον, ἐς θάνατον. Sic. T. 22. E. 23. Σύμπλοος εἰς ἄγρην, σύμπλοος εἰς Ἀΐδην.

Ep. 3. Conf. cum hoc Tit. 22. Ep. 33. et consule Toupii Emend. in Suidam vol. 1. p. 213. Ed. novae, qui legendum putat v. 4. ἔφριξε ῥάχιν, quod non necesse arbitror. Hic magis illa valent e dicto Ep. 33.

— ὀλισθηρὴ γὰρ ὑπ' ἐκ χερὸς ἀΐξασα
Ὤχετ' ἐπὶ στεινὸν παλλομένη φάρυγα.

v. 2. Ed. princeps et reliquae Edd. Veteres ἐξ ἁμίης. Br. v. 3. πλάνος et v. 5. ἀγρυμένη δ' ὑπ ὀδόντι. ὑπ ὀδόντα probavit Stephanus et secutus est Cannegieterus ad Aviani Fabulas p. 210. quem Grotii versionem non legisse doleo.

Tit. 5. Ep. 1. v. 2. Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν. Huc refer illa Aeschyli in Fragm. apud Valckenaerium Diatrib. p. 225.

Ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ γ' αἰεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμᾶν στρατοῦ.

Sed huic sententiae contraria esse videtur illa Horatii, L. 3. Od. 2. v. 14.

Mors et fugacem consequitur virum,
Nec parcit imbellis juventae
Poplitibus timidove tergo.

ubi vid. Bentleji notas, qui recte cum Mureto Var. Lect. L. 4. c. 9. haec ad verbum expressa esse putat e Simonide (apud Brunckium in Gnomicis p. 100.) ὁ δ' αὖ θάνατος ἔκιχε καὶ τὸν φυγόμαχον. Quod autem ibi Muretus ait, non dubitare se, quin propemodum omnia ornamenta, quibus Horatii splendent carmina, e veterum Lyricorum poëmatibus corrogata sint, in eo non possum equidem Mureti sententiam amplecti, cum memet ipse, quod sine ulla arrogantia dictum velim, scripsisse ea meminerim, quae postea apud Auctores nondum a me lectos eodem modo prolata vidi. Praeclare admodum doctissimus Wyttenbachius in sua annotatione in Platonis Phaedonem nuper edita p. 123. *Omnino alia inter se conferre similia, elegantis est rationis; continuo pronunciare imitando formata, vanae temeritatis.* Apud Jac. Pontan. ad Ovid. de Ponto p. 996., occurrit hujus Ep. versio elegantissima, quam cum aliorum interpretationibus conferas.

Ep. 2. v. 1. διάκτορε, de hac voce accurate admodum, ut solet, disseruit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. 1. p. 489. conf. L. 4. T. 1. Ep. 9 Locum etiam attigit D'Orvillius, in Vanno Critica. p. 141.

v. 5.

v. 5. ad Ex. Ruhnkenii „ citat Suidas v. πελειάδες, et vertit D. Heinsius Poëm. p. 131." ad Exemplum P. Burmanni Secundi haec scripta inveni. *Vertit Alciatus in notis ineditis ad Inscript. MSS. Mediol. N°. LXVIII.*

Quae te caussa movet, volucris Saturnia, magni
Ut tumulo insideas ardua Aristomenis? —
Hoc moneo: quantum inter aves ego robore praesto,
Tantum Semideos inter Aristomenes.
Insideant timidae timidorum busta columbae:
Nos aquilae intrepidis signa benigna damus.

Burm. ad h. l. in M. S. *Duo alia disticha hic desiderantur, quae Graecis conveniant. Hoc distichon sequentis est Epigrammatis.* Quae itaque disticha Grotius non vertit, in Latinam linguam transferre meo more volui:

Hoc habeas; quantum supero virtute volucres,
Hunc tantum in juvenum praevaluisse choro.
Insideant pavidae pavidorum busta columbae,
At sunt intrepidi gaudia nostra viri.

v. 4. Pro ἠιθέων, in Ed. Princ. et Bas. 1549. ἡμιθεών, quod primus Aldus in Corrigendis immutavit et postea alii secuti sunt. Aristomenis praeclara facta diligenter commemoravit Pausanias L. 4. inprimis c. 16. Alius videtur esse Aristomenes, de quo mentio fit L. 1. t. 55. ep. 10. ubi tamen forsitan praegnans mulier intelligenda, et in versione pro *dominum* legendum *dominam.*

Ep. 3. Jacobsius: *Prius distichon laudat Suidas in αἰνοβίας, Tom. 1. p. 653. alterum in ἠνάρισεν, Tom. 2. p. 62.* Eadem leguntur in Ex. Ruhnkenii, qui addidit προθανόντα, Tom. 3. p. 183. et merito, quoniam ex eo loco clarissime apparet, verum esse, quod Valckenaerius monuit ad Eurip. Phoen. v. 1005. προθανεῖν idem esse, quod ὑπερθανεῖν.

v. 2. Apud Sylb. ἐγόησε, quod probavit Ruhnkenius in primâ Ed. Epist. Crit. p. 76. et confirmari videtur t. 23. ep. 10. h. L.

Μνηστῆρες δ᾽ ἐγόησαν ἴσον γόον.

ἰβόησε tamen tuetur D'Orvill. ad Charitonem, p. 350.

v. 3. Apud Ursinum p. 142. τοῖον δὲ νέκυν.

Ep. 4. Hoc illustratur iis, quae leguntur in VV. DD. notis ad Petron. cap. 132. p. 819. et Meibomii Observat. ad Diog. Laërt. L. X. p. 444.

Ep. 5. Ad Ex. Ruhnk. „ Γεμίνου. Vertit Dan. Heins. Poëm. p. 123." Vid. Bentlejum ad Horatium p. 317. qui hoc Germanico tribuit, cum apud Br. inter Epigrammata Tullii Gemini legatur.

v. 1. Br. pro ταύτα, ταύταν, quod e Cod. Vat. derivatum videtur. De hoc Epigrammate egit B. Averanius Tom. 1. p. 80. ubi pro λιτοῖο legitur λιθοῖο, (invito metro L.) ideoque vertitur *sepulchrali pro marmore*, cum sensus sit secundum Edd. omnes, ut apud Grotium, *pro tumulo brevi*.

Ep. 6. v 1. In Editionibus priscis εἵσατο aut εἴσατο: male. Legendum ut in Ed. Principe εἵσατο. Jacobsius pro κενὸν, κακὸν vel simile quid Grotium legisse putat, cum verterit *vile*. At vero illud *vile* hic nullam mali significationem habet, sed rem parvi pretii, de qua non multum laboramus, indicat, ut apud Ovid. Her. Ep. 15. v. 146.

Vile solum locus est: dos erat ille loci.

et Metam. L. 15. v. 428.

Vile solum Sparte est.

Praeterea κενὸν ἠρίον (*Cenotaphium*, de quo vid. doctissimum van Goens, p. 25. et alios,) Magnetes Themistocli posuisse, inde colligi potest, quod ejus ossa clam in Attica ab amicis fuerunt sepulta.

Ep. 7. In nullis priscis invenitur Edd. Primum illud ex Pausania, L. 8. p. 706. protulit Stephanus in Appendice p. 503. unde venit hic in Wechelianam, et repetitur in ejus App. p. 9. De Philopoemene plura lectu digna inveniuntur apud dictum Pausaniam, Livium, L. 39. c. 49. et 50. et Plutarchum in ejus vitâ. Emendatius Ep. dedit Toupius in Emend. in Suidam. Vol. 4. p. 116. Mihi quam maxime probatur Grotiana versio, quae in Mant. Secunda. p. 7. (e MS. male editum *Philopoemon*. L.)

Ep. 8. v. 1. Ad Ex. Ruhnk. „ vertit D. Heinsius p. 132."

v. 2. Doctissimus Jacobsius, cum Brodaeo et Opsopoeo de Sole hoc interpretari jejunum putat; cujus rei caussam non video. *Qui prospicit omnia*, *solem* tanquam testem Themistoclis victoriarum invocat poëta. Neque optimo viro assentiendum arbitror, cum, v. 5. pro σῆμα, λῆμα legendum existimat. Notum enim est Ducis egregii monumenta, sepulcrum prope oppidum, et statuas in foro Magnesiae fuisse. Vid. Nep. in Them. c. 10.

v. 6. Apud Stephan. de urbibus p. 525. ὁ πολίτης, Μάγνης. ubi vid. Holstenii notas.

Ep. 9. v. 3. τεκμαίρου *tibi repraesenta*, ut L. 4. tit. 8. ep. 36. αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεκμαίρεο, *ipsum Alexandrum tibi ob oculos pone*, de qua

qua significatione verbi τεκμαίρεσθαι egregie disseruit, non omisso Anthologiae loco, Valckenaerius ad Eurip. Phoenisf. v. 187.

Ep. 10. v. 3. κάλυμμα Brodaeus exponit κατάλυμα, quod quale hic sit ignoro. Vertit autem *Sepulcrum*, quemadmodum et Obsopoeus. In eundem sensum Grotius. — *Nec tu, quod parvus lapis hic, irascere.*

Ep. 11. Hoc praeter Ausonium Ep. XXIV. etiam vertit Erasmus in Plutarchi Apophthegm. Lacon. Tom. 4. p. 139. Commemorat Bochart. Hieroz. L. 2. c. 36. p. 366. v. 1. Br. τὰν Πιτάναν, et v. 3. ἀντία, sed πρόσθια rectum puto, ut L. 1. t. 5. e. 24. ubi vid. notas p. 200. v. 4. dedit Br.

Θεὶς ἐπὶ πυρκαϊὴν Τύννιχος εἶπε τάδε.

ut haec leguntur apud Plutarchum in Ed. Steph. tom. 1. p. 418. Ad Τύννιχος conf. Koen. ad Gregor. p. 135. citatum ad L. 1. t. 40. e. 4. p. 293.

Ep. 12. In Lacaenarum Mulierum fortitudinem plura hic inveniuntur Epigrammata, ut L. 1. Tit. 5. ep. 1. et 2. ubi vid. annotationes nostras, p. 191 et p. 192. et Ep. 33. hujus Tit.

Ep. 13. ad Ex. Ruhnk. „ Suidas v. βοαδρόμος," ubi v. 2. pro εἶλετ'· ἤθελεν legitur. Sed εἶλετ' recte tuetur Kusterus." In versione MS. v. 1. pro *tergum vertere*, erat *terram vertere.*

Ep. 14. Vid. notas ad L. 1. t. 5. e. 8. et conf. hoc Ep. cum sequente Philippi. Ad Ex. Ruhnk. haec sunt. „ v. Suid. v. Τράτη. v. 3. Toup. ad Suid. III. p. 247." Hujus emendationem, v. 4. legentis ἀριστείην ἔδραμεν εἰς Ἴδην, probo; quam sequens Ep. confirmat. Br. pro ἀμφανὲς ἔφθανεν. Ed. Princ. Aldinae et Venet. ἐμφανὲς.

Ep. 15. v. 1. Br. Ἄρεος πρόμος, ὁ ψελιώσας. Non modo ad Cod. Leid. manu Scaligeri, aut D. Heinsii legitur ὁ ψελιώσας, sed etiam Salmasius eam conjecturam edidit, p. 51. in quam sponte suâ incidisse censendus est Jo. Pierson. ad Moeridem, p. 420. et p. 421. Sed quod jure mireris; in Ed. Brodaei, quae prodiit Basileae a. 1549, cum Scaliger vix novem annorum puer et Salmasius nondum natus erat, jam inveniebatur ὁ ψελιώσας, cujus igitur conjecturae primus auctor habendus videtur Brodaeus. Scholium in margine Wechel. ὁ ποτὲ δήσας, ἀνθ' οὗ, ὁππότε δήσας, ἄρειον ἂν γράψειε τις. (Brunckii lectio Ἄρεος pro Ἄργους, quod agnoscunt Suidas et Cod Pal. item Brodaeum autorem habet, motum praecedentis Epigrammatis initio, quamquam Ἄργους ita cum illo conciliari posse putat, si intelligatur Argos Hippium s. Argirippa, Italiae oppidum. L.)

v. 3. ad Ex. Ruhnk. „ Suid. v. θρασύχειρ, t. 2. p. 204. κεκολουμένος, p. 290. et τηξιμελεῖ. t. 3. p. 463."

Ep. 16. Titulus a Burmanno e Grotii Codice descriptus, plane convenit cum lemmate Codicis Vat. εἰς τοὺς μετὰ Λεωνίδου τελευτήσαντας ἐν Θερμοπύλαις. Dubites tamen, an eo spectet Epigramma. Nullum fere tempus fuit, quo se non opprimi putarent cives.

v. 2. Non dissimile illud Tit. 7. e. 17.

χερσὶν ἀμήσας

Ἀνδρομάχοις δνοφερὰν κρατὸς ὕπερθε κόνιν.

Ep. 17. Br. Γαιτουλίκου, Getulici, ut in versionis Grotii MS.

v. 1. Br. Ὦ Κρόνε, quod tantum in Ald. Sec. Ita vero apud Brodaeum et ad Ex. Ruhnk. notatum, ac probatum.

Ep. 18. ad Ex. Ruhnk. „ Σιδωνίου Sylb." v. 2. Br. προμολῇσιν a προμολαί, quae vox occurrit t. 25. ep. 9. h. L. Sed προβολῇσιν se satis tuetur, ut recte monuit etiam Jacobsius. Conf. Ep. 33.

v. 3. Suid. v. οἶμος p. 666. De hac victoria Alexandri, ad Issum Ciliciae urbem de Persis reportata, vid. Curtium L. 3. c. 8. et L. 4. c. 1. necnon Cellarii Geograph. Antiq. tom. 2. p. 249. et 250.

Ep. 19. v. 1. ἄκλαυτοι et ἄταφοι. Ed. Princ. Basil. et Junt. errore typographi Ἄκλαυτι. Ἄκλαυτοι καὶ ἄθαπτοι tres Aldinae et Veneta. Ascens. et Steph. ἄκλαυστοι. ἄκλαυτοι defendi potest e tit. 25. e. 77. h. L.

v. 3. Ἠμαθίη Edd. priscae omnes. Ad Ex. Ruhnk. „ Vid. Petiti Leges Attic. p. 673." v. 2. Ἠμαθίης γρ. Θεσσαλίας. v. 4. ᾤχετ' γρ. ᾤλετ' " Petitum, qui mendosam vocem hic esse ἄθαπτοι existimat, optime refellit Wesselingius in notis, exemplo Homeri, qui ἄκλαυστον et ἄθαπτον junxit. Duos versus hic adjecit Brunck. e Plutarcho in vita Flaminii, tom. 1. p. 373. et Ed. Bryani tom. 2. p. 411.

Αἰτωλῶν δμηθέντες ὑπ' Ἄρεος, ἠδὲ Λατίνων,
Οὓς Τίτος εὐρείης ἤγαγ' ἀπ' Ἰταλίης.
Aetolis illos superantibus atque Latinis,
Quos Titus ex amplâ duxerat Italiâ.

ad L. 1. tit. 5. e. 28. p. 204. observavimus quartum versum hic e Plutarcho insertum jam ibi v. 2. legi. v. 4. ἐλάφων Horatio, L. 2. Od. XVI. dicitur *cura Ocior cervis, et agente nimbos Ocior Euro.*

Ep. 20. Confer. Suid. v. ἐλάφειον. Ceterum Ep. hoc in nullis editionibus inveni, exceptâ illâ Francofurti apud Wechel. qua pro-

in-

inde Grotium maxime usum fuisse existimem. Sed hac quidem ibi varietate,

τῷ δ' ἐπὶ βουνῷ
Ἀλκαίω σταυρὸς πήγνυται ἠλίβατος.

quod Jacobsius βουνῷ sincerum, putat, ei assentior. τῷ δ' ἐπὶ τύμβῳ e priore carmine desumtum videtur. τῷ δ' ἐπὶ νώτῳ, quod est apud Br. minus placet.

Ep. 21. et 22. *Simonidis* in MS. De his vid. ad Grotii Proleg. p. 130. Conf. et VV. DD. ad Herodotum, L. 7. p. 612. Apud Strabonem. L. 9. p. 656. posterius Ep. vertitur sic:

Hospes, Spartanis dic nos hic esse sepultos,
Praestato illorum legibus obsequio.

In hoc componendo carmine superatum a Simonide Aeschylum legitur in hujus Tragici vita, apud Fabric. Bibl. Gr. tom. 1. p. 594. Commemorat haec etiam Suidas, v. Λεωνίδης tom. 2. p. 428. ubi in Epigr. priore 21. τέτορες pro τέτταρες. et ἄγγειλον, ut in posteriore habent Edd. priscae pro ἀγγέλλειν, recte tuentem videas Kusterum. Conf. et Victorius in Castig. ad Ciceron. Tuscul. cum notis Var. ed. 1549 in quarto p. 365. et Fed. Morellus ad Constant. Porphyrog. ed. Meursii p. 141. Apud Strabonem est ἀπάγγειλον.

v. 2. ῥήμασι πειθόμενοι, Br. ut Edd. vetustae habent et Ruhnk. legi voluisse videtur. Ald. Secunda vulgatam lectionem protulit, quam Ald. Tertia, et Veneta, ut solet, sequuntur. Conf. locos, quos Jacobsius e Xenoph. Memor. Socr. L. 4. c. 4. § 15. et Diodor. L. XI. t. 1. p. 412. hic attulit.

Ep. 23. v. 1. 2. Citat haec Plutarchus de Malign. Herodoti p. 870. in Ed. Wyttenb. vol. 4. p. 333. Iis, quae ad hujus proverbialis locutionis illustrationem dedimus ad L. 1. T. 15. Ep. 4. adde Jac. Tollii notas ad Longinum S. 22. p. 140. et seqq. Quatuor versus ex Aristide Tom. 2. p. 380. Ed. Iebb. adjecit Br.

Δουλοσύνας Πέρσαις δὲ περὶ φρεσὶ πήματα πάντα
Ἥψαμεν, ἀργαλέας μνάματα ναυμαχίας.
Ὀστέα δ' ἄμμιν ἔχει Σαλαμίς· πατρὶς δὲ Κόρινθος
Ἀντ' εὐεργεσίας μνᾶμ' ἐπέθηκε τόδε.

Et quidem Dorica forma, quae non est in Ed. Princ. Aristidis, nec in ea P. Stephani, p. 648.

Libera servitio; Persarum at mentibus omnes
Attulerunt luctus fixa tropaea mari.
Ossa tenet Salamis, sed patria nostra Corinthus
Ex meritis nobis haec monumenta dedit.

Ep. 24. Sententiae hujus veritatem pluribus asseruerunt VV. DD. ad Horat. L. 3. c. 2. v. 20. v. 4. Br. ἐξ Ἀΐδεω, neque aliter Salm. p. 52. et ad Ex. Ruhnk. e Sylb.

Ep. 25. ad Ex. Ruhnk. „ Simonidis est. Vid. Schol. Aristidis MS. p. m. 86." Hoc MS. e Bibliotheca Burm. in eam Leidae pervenit.

v. 4. De hoc egit Ruhnk. ad Timaeum p. 17. Quod ad ἀγηράντος conf. tit. 25. e. 6. h. l. ubi hanc vocem pro vulgata ἀκήρατος restitui voluit Ruhnk.

Ep. 26. In Grotii versione: *Ejusdem, de Atheniensium Propugnatoribus.* Est apud F. Ursinum p. 158.

Ep. 27. In Grotii versione: *de Thessalorum Propugnatoribus.* Aeschylo dedit etiam Br. neque aliter Stanlejus in Fragmentis p. 649. Sed de auctore non constat, quod recte monet Jacobsius.

v. 4. Eodem modo Tit. 3. E. 1. v. 4.

ξυνὴν ἀμφεβάλοντο κόνιν.

Ep. 28. in Grotii versione: *de Atheniensium Propugnatoribus.* ad Ex. Ruhnk. „ Simonidis est. Vid. Schol. Aristid. p. m. 86. apud Ursinum p. 158."

Ep. 29. apud Ursinum ut supra. In versione Grotii: *de iis, qui cum Cimone ad Eurymedontem fortiter fecerant.* Hanc binam, et mari et terra, uno die partam Cimonis de Medis et Persis victoriam memorarunt praeter alios Plutarchus, in ejus vita, Ed. Bryani vol. 3. p. 124. et Thucydides, L. 1. § 100. p. 65. quae loca etiam indicavit Brodaeus.

Ep. 30. apud Philostratum in vitâ Apollonii p. 31. primum distichon hoc modo legitur, neque aliter in Ed. Principe Anthologiae;

Οἵ δέ ποτ' αἰγαίοιο βαθύῤῥοον οἶδμα πλέοντες
Ἐκβατάνων, πεδίῳ κείμεθ' ἐνὶ μεσάτῳ.
Qui quondam Aegaeum sulcavimus aere profundum:
Ecbatanûm hoc campo contegimur medio.

v. 2. Ed. Princ. et Omnes Veteres ἐνὶ μεσσάτῳ praeter unam Ascensii 1531. in qua legitur ἐνὶ μεσάτῳ, quod postea receptum.

Ep. 31. ad Ex. Ruhnk. „ Vid. Suid. v. Ἱππίας," ubi legitur Εὐβοίων, quod probat Br. p. 30.

Ep.

Ep. 32. Si hoc ad Othryadis factum referendum sit, consulantur, quae scripsimus ad L. 1. T. 5. Ep. 25. et Ep. 51. et 57. h. Tituli.

v. 3. Ἄνδρα, δ' ὅς Sylb. ex Gr. cum Br. dedit. Ἄνδρα, ὅς — ut in omnibus; sed cum Jacobsio malim ἄνδρας.

Ep. 33. De hoc vid. Brunckii Lect. et Emend. p. 119. Apud Ruhnk. haec ipsius notata manu inveni „ v. 3. Suid. v. θηκτὸν, ubi vid. Kuster. Leg. προλίβῳ. vid. Pollux, L. 2. s. 207. ubi Jungerm. Anthol. L. 1. p. 14. vel προμολῇ i. e. ἐν τῇ προςαδὶ καὶ πρoθύροις, seu προαυλίῳ et προεξόδῳ. v. Etym. Magn. v. 4. vid. Callim. Hymn. in Cererem. v. 51. Suid. v. βρυχοῦσα. v. 5. Suid. v. Ἐῤῥε. v. 6. γρ. οὐδ' ἔτεκον. Suid. ὅν ἔτεκον." quod ad ultimum vid. Suid. tom. 1. p. 851. et ibi Kuster. in Ed. Princ. et aliis ἐπιβρύκων', ut apud Suidam; sed Ald. 2. Ascens. et Veneta ἐπιβρύχων'. Citat partim Plutarchus Apophthegm. Lacon. ubi varians lectio, ut in primo versu, εὖ διὰ μέρος, cujus minus intellecti et ab interpretibus omissi hic nullum vestigium. Quam Plutarchus habet, eandem fere lectionem servavit Jo. Potterus Archaeol. Gr. L. 3. c. 12. p. 504. nisi quod pro φίτυμα, φύτευμα, et pro μέρις male admodum μηρὶς dedit. Expressum carmen ex eo Antipatri Thessal. XXVI. quod jam Latine translatum dedimus ad L. 1. T. 5. Ep. 2. Hoc cum nostro et Ep. 12. h. T. comparandum. Caeterum citat illud Wetsten. ad N. T. tom. 1. p. 420. et egregie admodum, sed praeter suum morem pluribus, illustrat elegantissimi ingenii vir D. Ruhnkenius Ep. Crit. I. p. 69. et sq.

v. 6. ἐτρέφομεν. Br. οὔ σ' ἔτεκον. at Suidas tom. 1. p. 851. v. Ἔῤῥε — ὃν ἔτεκον.

Ep. 34. v. 2. Br. ἴθαψε — v. 3. Tit. 25. Ep. 10. h. l.

Ἔῤῥηξαν Μοῦσαι δάκρυα Πιερίδες.

v. 4. Br. ὦ Σπάρτα, ut Ed. Princ. Ald. p. et Junt. melius Ald. Secunda ἰὼ Σπάρτα, vel ut Obsopoeus legendum voluit ἰὼ Σπάρτας. Optime Jacobsius hoc Ep. comparavit cum Ep. CCLXIII. Anthol. Lat. tom. 2. p. 201. ubi Burmannus noster hujus Tit. non immemor fuit, et ingeniose Mich. Tarchaniotae Marulli, poëtae a Mureto ad Catull. Carm. XI. et aliis tantopere laudati, furta et ineptias vivis coloribus depinxit.

Ep. 35. v. 1. Ed. Princ. Ald. 1. 2. Junt. Venet. et Ascens. αὖτις. Ald. 3. αὖτος.

v. 2. σπερχόμενος πολέμῳ Jacobsius, de significatione verbi σπέρχεσθαι, pro *irasci*, *succensere*, ut apud Herodotum occurrit, L. 7. et ibi expli-

catur a Valckenaerio p. 601. sq. cogitans, h. l. obscurius dictum putat. Sed cum Homerus et alii verbo isto utantur de iis, quos festinatio quaedam eo redigit difficultatis, unde se non facile explicent, hic facile suum locum tuebitur. Sic apud Suidam t. 3. p. 362. σπερχόμενος, ἐπειγόμενος. quae verba jungit Lucianus Tragop. t. 3. p. 658. Ἤπειγεν, ἠνάγκαζεν, ἔσπερχεν τρέχειν, eodemque modo de iis, qui tempestatibus aut aliis circumveniuntur incommodis, ut Tit. 26. Ep. 2. h. L.

Βόες νιφετῷ σπερχόμεναι κατέβαν.

Apud Homerum Iliad. Ω. v. 248. σπερχομένοιο γέροντος. i. e. ἐπειγομένου. seu κατεπείγοντος, ut est apud Eustath. t. 3. p. 1348. §. 13. Conf. Heynius Obss. ad Hom. T. 8. p. 642.

v. 4. ἰθμάδης Ald. 1. 2. Junt. Ven. Ascens. et Steph. Ed. Princ. et Basil. ἐδμάσθης.

Ep. 36. v. 1. Br. Μαχάτα. Vid. Salmasii notas p. 53. qui sibi de nomine proprio non constat. Ad Exempl. Ruhnk. „ Montfauc. Diar. Italicum. p. 425." ubi legitur Μαχατας ποησε.

Ep. 37. v. 3. τάφρον, recte; qua de voce vid. Hemsterh. in fine praestantissimarum suarum annotationum ad Lucian. p. 523. Sic Homerus fossam circa muros nominat τάφρον βαθεῖαν, εὐρεῖαν et ὀρυκτήν.

v. 5. Scaliger videtur legisse ἀρετῆς εἰ, et pro ἅλις, Ἄλις. quod Grotius secutus est. Scita emendatio est Brunckii Lection. et Emend. p. 131. legentis;

Ναὶ μὴν ἀλλ' ἀρετᾶς σε διακριδὸν Ἄλις ἀείδει.

quam lectionem merito probat D. Wyttenbachius Bibl. Crit. vol. 1. part. 2. p. 38. quominus vero eam, cum Grotii versione tam praeclare congruam, in textum reciperemus, fecit Brunckii ipsius et Jacobsii auctoritas, in vulgatâ acquiescentum.

Ep. 38. v. 3. 4. παλιούρου Καὶ βάτου, plerumque junguntur, ut apud Theocritum Idyll. XXIV. v. 87. 88.

ἢ παλιούρῳ,
Ἢ βάτῳ —

Virg. Ecl. 5. v. 39.

Carduus, et spinis surgit paliurus acutis.

ubi vid. Guellium. Adde et Virg. cum Graecis scriptor. collatum p. 50.

v. 4. Br. αἷς pro ἣν reposito, praeclarum inde sensum emergere putabat, Lect. et Em. p. 53. ἣν est in omnibus priscis Editionibus.

Ep. 39.

Ep. 39. Anytes in M. S. Sed vid. Wolfium ad Poëtriarum Octo Fragm. p. 98. v. 2. Ed. priscae σιδηρείης. Ad Ex. Ruhnk. μάχας γρ. et v. 3. ἄγαγε. Vid. Suid. in v. ἴτυς, p. 159. v. 4. Br. ἀμφ' ἑτάρω, ut apud Salm. in Edd. vetustis. Flor. Ald. pr. Junt. et Afcens. ἀμφοτέραν. Sed Ald. Secunda ἀμφ' ἑτάρων, et dein in aliis.

Ep. 40. Inter ea Anytae pofuit Wolfius l. cit. cujus annotationes vide.

Ep. 41. In Ed. Principe cum priore jungitur; in aliis est Ἄδηλον. Salm. ex veterum membranis fcit esfe Ἀδδαίου, quem Grotius fecutus est.

Ep. 42. v 1. Bentlejus ad Horatii Epod. IX. v. 25. p. 317. pro ἀείδῃ legendum contendit ἐρείῃ *quaerat*, *interroget*, quod probasfe videtur Grotius, quamvis hoc aliter vifum Jacobfio. Clarior vero esfet verfio, fi legeretur:

Si quis Alexandri velit indagare fepulchrum.

Bentleji emendationem etiam ad fua Exempla notarunt Burmannus Secundus et Ruhnkenius.

Ep. 43. Titulus apud Burm. erat: *De iis, qui ad Thermopylas occubuerunt*, ut in Grotii M. S. v. 1. Jacobfius legendum putat

Οἵδ' ἀΐδαν στέρξαντες ἐνόπλιον,

cui emendationi fuffragari non posfum. Memor enim eram Lucianei dicti, D. M. X. t. 1. p. 367. ἐν ᾅδου γὰρ εἰρήνη, καὶ οὐδὲν ὅπλων δεήσει. Potius poëtam refpexisfe putem ad Gorgiae verba, qui cum moriens interrogaretur, quid ageret, respondit: *Jam fomnus incipit me fratri fuo tradere.* Vid. Stobaei Serm. CXVII. p. 600.

v. 2 Br. pro ἔλαβον, ἔλαχον, quod est apud Salm. et ad Gruteri Exemplum, a Ruhnk. notatum.

Ep. 44. Legitur in noftro apographo, p. 376. cum hoc titulo: εἰς τὸν Λεύκιον ὕπατον, ὅτε τὴν Κόρινθον ἐξεπόρθησε.

v. 2. σύνδρομον. ut apud Salm. et Br.

v. 3. Br. ἰσυφέλιξε. et δοριπτοίητα. Apud Schol. Μέμμιος, fed recte Grotius *Mummius*. Lucius enim Mummius evertit Corinthum, ut est apud Paufan. L. 7. c. 16. Hujus Imperatoris fummorum artificiorum ignorantiam in hac everfione notavimus ad Grotii Proleg. p. 162.

v. 4. Vid. Lacerdam ad Virg. Aen. L. 9. v. 163. σκόπελος, *de tumulo ad mare pofito*, ut Tit. 25. e. 4. h. l.

Ep. 45. De hoc vid. Pollucem L. 5. c. 5. § 47. et Dion. Chryfost.

fost. orat. XXXVII. ed. Reiskii t. 2. p. 121. Videtur poeta ingeniose lusisse cum statuis et monumentis, non modo ineptis hominibus, verum etiam equis, canibus et avibus positis. Vid. Diod. Sic. t. 1. p. 607. § 70. De Pisandro vid. Meursii Rhodum L. 2. c. 11. et Salm. notas. v. 1. in M. S. pro *dictus* est *doctus*. v. 2. Lege Θήραγρος.

Ep. 46. Ad Ex. Ruhnk. Ἀσινίου Κορδάτου. Nos Br. sequimur legendo Ἀσινίου Κουαδράτου. Sed vid. Salm. p. 54. v. 3. μετὰ νῶτα τυπεὶς, quod erat turpissimum, ut notavimus ad L. 1. T. 5. E. 24. Conf. Meursii Misc. Lac. L. 2. c. 11. p. 327. et VV. DD. ad Curtium L. 3. Cap. 11. Salm. legi voluit

Ὤλοντ' οὐ κρυφίῳ καὶ δολερῷ θανάτῳ.

non probante Jacobsio.

Ep. 47. Hoc, quod in Edd. priscis plerumque (ut etiam apud Junium de Pict. veterum, p. 100. part. 1.) separatim legitur, recte cum sequente jungunt VV. DD. et Callimacho tribuunt. Vid. Ed. Ernesti p. 330.

v. 1. Ed. Princ. Junt. Bas. et Ascens. ut apud Scholiast. κράτιστος, sed Aldinae cum Ven. vulgatam lectionem tuentur.

v. 2. ἐμβεβαώς *aptatus;* impositus enim erat huic tumulo Leo; ut patet ex Ep. 49. sq. De hac significatione vocis ἐμβεβαὼς vid. Hom. Iliad. Ω. v. 81. et ibi conf. quae habent Ernestus et Heynius.

Ep. 48. ad Cod. Leid. Σιμωνίδου εἰς τοὺς Ἕλλα — τέγεαν ἐλευθερώσαντας. Melius in Cod. Vat. Lemma τοῦ αὐτοῦ· εἰς τοὺς Ἕλληνας τοὺς τὴν Τέγεαν ἐλεύθερον ποιήσαντας, quod Grotiano titulo convenit.

v. 2. εὐρυχόρου. εὐρύχορος *idem est quod* εὐρυχώρος *apud Homerum, qui syllabae pertinaciam, ne cogeretur epitheto tam splendido carere, in brevem versa vocali longa fregit:* ut sapienter monuit Hemsterhusius ad Luciani Nigrin. t. 1. p. 54. Conf. quae de hac poëtarum licentia scripsimus ad L. 1. Tit. 72. e. 1. p. 361. et L. 2. Tit. 32. e. 21. p. 437.

Ep. 49. De virtute Leonidae hic et alibi plura inveniuntur Epigrammata, ut h. T. E. 16. E. 35. E. 43. E. 47. E. 49. et E. 56. nec non L. 1. T. 5. E. 23. et T. 32. E. 2. Conf. quae citat Jacobsius, Herodoti locum et Simonidis atque Antipatri Sidonii Epigrammata.

v. 2. Μηδοφόνων. eadem vox. L. 4. T. 1. E. 17.

v. 3. ἀμβλύναντες. Sic Tit. 14. e. 1. ἀοιδὰς ἀμβλύνειν.

v. 5. De hoc vid. Leichium ad Carm. Sepulcr. p. 12. qui emendandum putat.

Ἦν

Ἦν δ' ἰσορῆς ἐπ' ἐμεῦ λῖν βόστρυχον, εἰκόνα θῆρης.

quod cum Jacobsio nihili esse arbitror. Multo melius Toupius ad Suidam vol. 3. p. 185. et vol. 2. p. 228. ed. novae legendum putat:

Ἦν δ' ἰσορῇς ἐπ' ἐμεῖ' εὐβόστρυχον εἰκόνα θῆρος,

quod Br. recepit. Vid. Lect. et Em. p. 167. Probandum id inprimis propter illam jubarum mentionem, quibus maxime insignitur leonum majestas. Kusterum, qui tam accurate veterum poëtarum loca ad Suidam annotavit, hoc Ep. tom. 3. p. 423. non memorasse, miror. De voce ταγὸς vid. quae scripsimus ad L. 1. T. 5. e. 25. p. 201.

Ep. 50. ad Ex. Ruhnk. γρ. Βίστα. Citat Suidas v. ἰοῦρον p. 201. Toup. Epist. p. 157. v. 4. Br. Θυρέας. Sed Θυρέα Ep. 52. v. 2. Non minus tamen plurali quam singulari numero hujus oppidi nomen efferri, recte monet Jacobsius ad Ep. 52.

Ep. 51. De Othryade conf. quae dedimus ad L. 1. Tit. 5. e. 25. p. 202. Postea vidimus nostram de illo Ep. sententiam praeclare firmari iis, quae dedit A. Schottus ad Senecae Suasor. L. 2. p. 541. Singularis est lectio apud Simsonium in Chron. p. 495.

Ἄρσενι δ' Ὀθρυάδαο φόνῳ γεγλυμμένον ὅπλον
Καρύσσει; Θυρέα Ζεῦ Λακεδαιμονίων.

v. 2. Ald. 1 et 3. Οὐρέαν, sed Ald. 2. veram lectionem Θυρέαν ex Ed. Princ. et Ald. pr. Em. revocavit, neque aliter ad Cod. Leid. Ad v. 3. conf. quae dedimus ad L. 1. T. 5. ep. 24. p. 200. et VV. DD. ad Sallust. B. Cat. c. 64. p. 483. et p. 484. Br. ὅπλα ut Ed. Princ. Reliquae Veteres ὅπλα — Br. etiam πρᾶτον et v. 7. Br. Αἰ δέ τις ut in Ed. Princ. et Ald. pr. Junt. et Bas. De Adrasto vid. Jacobsii notas.

Ep. 52. v. 1. in Edit. priscis mutilus. In Ald. Sec. primum adjectum. κ' ἡμῖν.

v. 2. Haec eadem supra ep. 50. Ad Ex. Ruhnk. ex Sylburg. συμβάλλει μὲν Θυρέᾳ — Unicum illud Chaeremonis Ep. citat. Heringa Observat. p. 200.

v. 3. τὸν οἴκαδε νόστον ἀφέντες. Cum nihil dulcius sit mortalibus, quam e longinquo aut bellicoso itinere redire domum, *dulcesque revisere nidos*, ut est apud Virg. L. 1. Georg. v. 414. ad q. l. vid. Guellium. et de Lacerdam, nihil obstinatius excogitari possit, quam propter patriae gloriam ipsum in patriam reditum negligere. His adde, quae habet Suidas v. νόστος, et doctissimus Vulpius ad Tibull. L. 3. El. 3. v. 27.

Ep. 53. Ad Cod. Leid. εἰς τοὺς πεσόντας ἀρίστους Ἀθηναίων. v. 1. Εὐθυμάχων ἀνδρῶν. Sic apud Pindarum Ol. Z. v. 27. Ῥόδον εὐθυμάχαν.

v. 3. Br. πόλμος, et sic Ursin. et ad Cod. Leid.

v. 4. ad Ex. Ruhnk. γρ. κράτος, ut in Cod. Vat. κρατὸς ἐλευθερίαν. Vid. Jacobsii notas.

Ep. 54. ad Cod. Leid. εἰς ἵππον πολεμιστήριον Δάμιδος. Legitur apud Ursin. p. 58. et apud Wolf. Poëtr. Octo Fragm. p. 100.

v. 1. Burmannus Patruus ad suum Exemplum „ Σῶμα τόδε — Suid. in Μενεδαΐος ἵππος — et Δαφοινόν. ubi vid. Kuster et ταλαρίσκος seu potius ταλαύρινος" v. 2. Br. ἵππου, quod ad Ex. Ruhnk. cum Suidae locis notatum, ubi v. 3. ἀργυρέαν, non probante Kustero. v. 4. ξεσσ' Ed. veteres ad unam omnes, etiam ea ipsa Brodaei a. 1549. ex cujus emendatione Stephanus dedit Ζέσσ'. Sed Ε et Ζ. confundi, hoc ipso exemplo monuit D'Orvillius ad Charitonem p. 57.

Ep. 55. v. 1. ad Cod. Leid. Δίφρυος. Δίφυος et Δίφιος in Ed. priscis. Δίρφυος legendum. Vid. Luc. Holstenii notas ad Steph. Byz. p. 101.

v. 2. Non modo Ed. Princ. Aldinae, sed et aliae Ed. veteres εὐνόντου. Praeter unam Bas. apud Badium, quae dedit εὐρίπου. Hanc posteriores secutae sunt.

v. 4. Frequenter apud veteres magni viri et duces cum nube et fulmine comparantur, ut Hector πολέμοιο νέφος dicitur apud Hom. Il. P. v. 243. et Amphiaraus apud Pindarum. Nem. 10. v. 16. Attamen etiam de ipsius belli gravitate et violentia dixit Virg. L. 10. v. 808: *Sic obrutus undique telis Aeneas nubem belli, dum detinet, omnem Sustinet*, ubi Burm. et Heynius aliique, qui eos sequuntur, pro *detinet* legi volunt *detonet*, quod non probo. Aeneas v. 802. dicitur *tectus se tenere* i. e. in sua se colligere arma, et veluti agricola aut viator, oriente tempestate, in arce aut antro refugium quaerit, eodem modo sub clypeo latere. Jam, si legas, *dum detonet*, i. e. defervéat tempestas, aut tonare desierit; tunc illud *detonet* non ad Aeneam, sed ad tempestatem debebit referri, quod aliter sentio. Aeneas *detinet* nubem belli, i. e. moratur et saevientem sustinet, dum eam discutiendi facultas appareat. Quod ad lectionem *detinet* tuendam inprimis valeat, hoc est, quod non modo in Codice Mediceo exstat, verum etiam in optimae notae priscis editionibus, ut ea apud Koberger. 1492. Ascens. 1528. Junt. 1552. et ea Germ. Val. Guellii (qui praeclare πολέμοιο νέφος ex Eustath. t. 2. p. 1104. illustravit, non omisso hujus ipsius Epigrammatis loco, quamquam ipse de-

detonet legendum censet) denique in omnium praestantissima, Aldina tertia, a Naugerio curata, quam non bene consuluisse videtur Heynius. Adde quod *detinet* et *sustinet* non sine ratione a summo poëta jungi videntur.

Ep. 56. v. 1. ad Ex. Ruhnk. αἶα, γρ. γαῖα — v. 2. βασιλεῦ, γρ. βασιλεῖς. et ad v. 4. πόλεμον, πολεμῶν. Br. πολέμῳ.

v. 2. εὐρυχώρων. Ed. Princ. Junt. et Bas. apud Froben. Ald. Secunda εὐρυχόρου, sed vid. ad Ep. 48. h. T.

Ep. 57. De Othryade vid. supra Ep. 51. et notas citatas ad L. 1. T. 5. e. 25. Sed inprimis Tib. Hemsterh. ad Luciani Contempl. p. 523. et 524.

v. 1. Br. ἄλλον, ut in Ed. priscis, quare illud recepimus, et v. 3. πλευρᾶν ex Salmasii notis.

Ep. 58. v. 4. ad Ex. Ruhnk. ex Sylburg. γρ. χιμέρας.

Tit. 6. Ep. 1. Lege Διοσκορίδου. Idem occurrit Tit. 22. Ep. 48. h. l. auctore incerto. Eadem versione in utroque loco Grotius utitur. v. 1. ἀρότρου. Ed. Princ.

v. 2. Br. ἔκρυψε· et v. 3. Νείλου ὁ πολύς.

Ep. 2. Est apud Diog. Laert. tom. 1. p. 303. ubi v. 3. pro ἅ, ἂν. Ad Ex. Ruhnk. ἃ γρ.

Ep. 3. Ad Exempl. Ruhnk. „ Suidas v. φιλιστίων" Citatur hoc Ep. a viris doctis ad Phaedrum L. 4. T. 16. Vid. etiam Jos. Scaligeri Animadv. ad Euseb. p. 179. Mitscherlich. ad Horat. tom. 1. p. 505.

Ep. 4. Legitur in meo Anth. ineditae Codice p. 427. cum hoc titulo.

εἰς τάφον Ἀνδροτίωνος καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικός.

An ille Androtion, Andronis filius, Atheniensis orator et Demagogus, Isocratis discipulus, cujus meminit Suidas. Partim vertit Ausonius Epitaph. XXXVII. Vid. Ios. Scaligeri Auson. Lect. L. 1. c. 22. Citant D Orvillius ad Charit. qui v. 2. legi mavult οὕτω δ' οὐδ' ἑνὸς et Wetsten. ad Evang. Lucae p. 821. qui pro δεξαίμην legit δεξαίην. et f. πρότερον. Praeter haec loca et illud Ovidii Heroid. Ep. 1. *euntibus ordine fatis*, Clar. Jacobsius etiam ex Muratorii Anecd. memorat Gregorii Theol. carmen, dignum quod cum hoc comparetur.

Ep. 5. v. 1. Br. τί σε — qui hoc inter ea Paulli Silentiarii posuit. Celebratur a Gatakero ad Marc. Antonin. q. 104. et Haverkampio ad Lucret. L. 3. v. 880. Adde Boethium de Cons. Phil. L. 2. § 7. ubi legenda metrica, quae non modo philosophi, sed magni poëtae sensum

produnt, et comparari debent cum iis, quae docet Cicero, Somn. Scipionis c. 6. et 7.

Ep. 6. v. 1. Non inelegans est Jacobsii emendatio legentis κρύπτων φόνον, cui respondent, quae sequuntur.

Ep. 8. ad Ex. Ruhnk. „Simonidi tribuitur in Anth. med. Vid. Kust. ad Suid. p. 589. v. Δίκης ὀφθαλμός. Hesiodus Op. et D. v. 267.

πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.

Praeclara haec sententia e scholâ Pythagoricâ profecta illustratur a plurimis, ut a Polybio in Excerptis Valesii, p. 117. Justino Martyre de Monarch. p. 38. Clem. Alexandr. Strom. l. 5. p. 721. Theodoreto de Dei Provid. p. 564. Ad rem Plautus in Captiv. Act. 2. Sc. 2. v. 63.

Est profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt.

ubi Taubmannus citat haec Homeri verba: Ζεὺς πάντα ἰδὼν, καὶ πάντ' ἐπακούων. quae nos derivata putamus ex Homeri versu Iliad. Γ. 277. Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις, in quem egregie commentatus est Eustathius vol. 1. p. 414. Conf. Odysf. Λ. v. 107. Erasm. in Adagiis p. 973. et Gronovius ad Aul. Gellium L. 14. c. 4. Illud autem ad justitiam severam, omnium injuriarum vindicem transferunt; ut jam fecisse videtur Orpheus apud Grotium in Stobaeanis p. 55. quem locum velut ab Orpheo profectum indicari a Demosthene adversus Aristogitonem in Ed. Wolfii p. 829. in fine, opinantur VV. DD. De sententiae veritate qui plura velit, adeat tum Plutarch. in Septem Sap. Conv. t. 2. p. 181. et Ed. Wyttenb. tom. 1. p. 445. et Ovid. Metam. l. 4. v. 226. tum Jo. Passeratii orationes p. 152. et Exercitationes Academicas praeside Luzacio in lucem emissas Spec. 2. Cap. 4.

Ep. 9. v. 1. Edit. Princ. ἔκτανες. εἶτά με θάπτεις — ut etiam aliae. Una Ascensiana. ἔκτανες εἶτά με θάπτῃς —

v. 2. διεχρήσω. διαχρῆσθαι i. e. ἀναίρειν, διαφθείρειν. ut L. 1. t. 37. e. 11. Vid. VV. DD. notas ad Thom. Magistrum, inprimis vero Hemsterh. ad Pollucem L. 9. § 153. L. 9. S. 153.

Ep. 10. v. 1. Ed. Princ. οἰκτείρμονι — cum reliquis; primus Stephanus οἰκτίρμονι, quod eo modo in suum Lexicon transtulit.

Ep. 13. apud Br. illud lemma; εἴς τινα ὑπὸ λῃστῶν πεφονευμένον, καὶ ὑπ' αὐτῶν θαπτόμενον. quod ad Ep. 12. dedit Grotius.

Ep. 14. v. 1. Br. ἔφθανεν, ex Ald. primâ emendatâ. Ed. Princ. Junt. As-

Ascens. Froben. et Stephan. vulgatam lectionem, quam Grotius secutus est, tuentur, et Br. ὥρῃ pro ὥρῃ, quod non in aliis.

v. 3. Br. ὡς Τμωλαίου ὑπὸ, ut Toupius ad Suidam tom. 3. p. 67. a Ruhnk. etiam notatum, in editione nova p. 88. ad meum codicem pro ἐπὶ, ἐνὶ non male. Merito hic Jacobsius reprehendit Toupium in subabsurdâ interpretatione carm. 14. Tit. 12. h. l. sibi gratulantem. Cum hoc comparentur duo Ausonii Epigrammata Parental. II. et XVI. et Ep. 38. h. t.

Ep. 15. v. 2. τυφλοῦ κύματος. Hoc omnes editiones tuentur. τυφλὸς proprie de fluctibus et undâ. Ovid. Heroid. 18. v. 211.

Nec faciam surdis convicia fluctibus ulla.

A. A. L. 1. v. 531.

Thesea crudelem surdas clamabat ad undas.

Conf. Rem. Amoris. v. 597. ubi eadem: quae repetere mihi magis placet, quam nova et inaudita proferre. Τυφλὰ κύματα etiam invenies, in Incertorum Auctorum Epigr. apud Brunck. t. 3. p. 157. de quo vid. Huschkii Anal. p. 164.

Ep. 16. v. 1. καπυρὸν. Hujus vocis vim atque originem plures viri docti explicare voluerunt, ut Salmasius ad Spartianum, p. 156. cui καπυρίζειν nihil aliud esse videtur, *quam clare et sonore ridere et cachinnare*, quod tamen non probatur Cl. Hemsterhusio ad Lucian. tom. 1. p. 271. ubi errore typographi legitur παραμείβεται. Equidem facile acquiesco in iis, quae dedit Eustathius ad Hom. Il. E. tom. 1. p. 541. ἔστι γὰρ κάπω τὸ πνέω, ἐξ οὗ κάπος τὸ πνεῦμα. Conf. eundem p. 595. et ad Odyss. p. 1546. unde Schol. apud Barnesium Il. E. v. 698. κεκαφηότα. ἐκπεπνευκότα. κάφος γὰρ τὸ πνεῦμα, ὅθεν καὶ κῆπος, ὁ περιπνεόμενος τόπος: neque aliter apud Phavorinum, κάπος, πνεῦμα, κῆπος. quae facillima intellectu sunt. Si plura velis, adeas Wolfium ad Octo Poët. Fragm. p. 82. et Villoison. ad Longi Pastoral. p. 86. Ex eodem fonte fluxisse videntur verba καπυρίζω, καπυρὰ et καπυρωσαι, quae apud Theocritum occurrunt, de quibus consule notas apud Warton. p. 82. et Toup. in Addendis, p. 394. qui in Epigr. 10. L. 1. tit. 67. pro Πίνδαρε, Μουσάων ἱερὸν στόμα legit Πίνδαρε, Μουσάων καπυρὸν στόμα quod non in aliis Editionibus, neque in D'Orvillii Vanno Critica p. 205. invenitur. In Ep. 5. Tit. 23. L. 4. occurrit κεκαφηότι ταρσῷ, quod Jacobsio insolentius quam mihi dictum videtur. Primitiva putantur esse κέω, et κάω, a quo posteriore derivata habent inflammationis, inflationis, et eis opposita stri-

ſtridulae remisſionis ſignificationem. Conf. doctisſimi Valckenaerii notas ad Euripid. Phoen. v. 857.

v. 2. Br. Φλυάκων ut apud Salm. qui Rhinthonem Φλύακας, ſeu potius Φλύηκας ſcripſisſe exiſtimat. Sed vid. Wyttenbachii Bibl. Crit. part. 2. vol. 1. p. 34. Adde Koppiers Obſerv. Philol. p. 86. et 87. Mihi vera videtur lectio, quae eſt in margine Wechel. κορύμβων, quam Grotius ſecutus eſt et optimus praeceptor meus P. Burmannus Secundus probavit ad Anthol. Lat. tom. 2. p. 99. Apud Jacobſium in verſione Grotii pro *proprie* legendum *propria*. Viri doctisſimi hic Suidam in voce Ῥίνθων ſequi maluerunt, et potius poëtarum nugas, quam meritis partas hederas commemorare.

Ep. 17. v. 4. ad Exempl. Burmanni junioris: Μενιππείαις *optime Holſten. ad Steph. Byz. p. 78. ubi et inedita alia de Meleagro Epigrammata profert. Menippum ſe imitatum esſe profitetur. Neque aliter legit Grotius, qui vertit*

SECTATUS VENERES, DOCTE MENIPPE, TUAS.

et ſic Brodaeus. Cui lectioni favet, quod in Edd. priscis habetur μὲν ἰππείαις. Conf. eundem Holſten. l. c. p. 112. Hemſterh. ad Lucian. t. 1. p. 87. et Eldikii Suspic. Specimen p. 28. Salmaſius in notis p. 57. et ad Solinum p. 607. legi voluit Μεληтείαις, ut in carmine nondum vulgato. *Meleager enim* Μεληтείους χάριτας *de Homero dixit ab amne Melete, qui Smyrnam circumfluit, unde eum plerique veterum* Μελησιγενῆ *appellant, et* Μέλητος υἱόν. Sic Tibull. L. 4. Carm. 1. v. 200.

Posſe Meleteas nec mallem vincere chartas.

ubi vid. VV. DD. notas. Salmaſio adſentior, quamvis Emm. Martinus Epiſt. L. 4. p. 186 et 187. hoc non probet. v. 7. Br. γείτων.

Ep. 18. Vid. D'Orvillium ad Charit. p. 410. quod etiam ad Exempl. Ruhnk. notatum; et v. 6. ἱερός, e Grut. et Sylb. v. 3. 4. conferre maluimus cum iis, quae de fortunâ leguntur, L. 1. t. 12. e. 4. T. 25. e. 2. et T. 80. e. 1. ἐλπὶς καὶ σὺ τύχη μέγα χαίρετε; quam emendationem tentare. Sic v. 5. non nihil commune habet, cum iis Ovidii Heroid. XV. v. 198.

Plectra dolore tacent; muta dolore lyra eſt.

v. 6. Ed. princ. κεῖσθ' ἐπεὶ — οὐδ' ἱρὸς οἶδ' Ἀχέρων. Ald. prima, ſecunda, Junt. Ascenſ. et Baſ. ἱρὸς. ſed Ald. tertia, quam ſequitur Veneta, ſupplevit verſum, legendo:

κεῖσθ',

κεῖσθ', ἐπεὶ οὔθ' ᾠδὰς σὺ χορὸν οἶδ' Ἀχέρων.

ubi in meo exemplo v. 5. pro ἐνέπουσι docta manus scripsit ἐνέπνευσε. Mihi inprimis placet doctissimi Brodaei lectio,

ἐπεὶ οὐκ ᾠδὰς, οὐδ' ἔρον οἶδ' Ἀχέρων.

Namque Acheron nec amat carmina, nec Veneres.

Ἔρος enim apud Homerum et Hesiodum dicitur Amor. Vid. Eustathium ad Il. ξ. v. 315. p. 988. lin. 6. Conf. Barnes. ad Anacreont. v. 809. et Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 449.

Ep. 19. Vid. D'Orvillii Crit. Vann. p. 161. et seqq. et Jo. Henr. Leichium ad Carmina Sepulchr. Graec. p. 17. Praeclare hoc carmen explicavit Erasmus in opere immortali de Adagiis, lemmate *Chius ad Coum*, p. 630. Recte ni fallor, Jacobsius, Hemsterhusium ad Polluc. IX. 95. hic Χῖον de jactu senario non bene accepisse existimat. v. 5. Ad Ex. Ruhnk. κατέσβη. P. S.

Ep. 20. v. 1. Br. Μνήμην, quod non in aliis. Praeclare, ut ait Jacobsius, Casaubonus in schedis Bibl. Bodlej. μνήμονες Εὐβούλοιο, quae lectio plane convenit cum eâ, quae est ad Cod. Leid. nuper ad me delatum, et Guil. Canteri manu notatum, unde etiam suas lectiones saepius Brunckium sumsisse suspicor.

v. 2. Κοινὸς πᾶσι λιμὴν Ἀΐδης. Nihil frequentius apud Poëtas, quam hanc omnibus communem commemorare viam. Horat. L. 1. Carm. 28.

Omnes una manet nox,
Et calcanda semel via leti.

Cujus sententiae perspecta vis Venusino poëtae, quotiens tendit in altos nubium tractus, alas addidit. Dictione propius ad hoc Ep. accedunt Longini verba Sect. IX. Ἀλλ' ἡμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν, ὁ θάνατος, ubi vid. Ruhnk. Adde not. ad L. 1. Tit. 12. Ep. 4. p. 219. Ceterum Tit. 25. Ep. 43. h. L. simile quid de Sophocle,

Ὡς μὲν ἐγὼν, ἕτεροι δ' ἄλλως, πάντες δέ τε πάντως.

ut apud Propert. L. 2. El. 24. v. 58.

Longius aut propius mors sua quemque manet.

ubi tamen cum Marklando legi malim, *sors sua*. Certius ad rem idem, L. 3. El. 16. v. 22. *Est mala, sed cunctis ista terenda via*, et Ovid. Metam. L. 10. v. 33.

Serius aut citius sedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes.

D Quae

Quae vero, ut notissima, monere, necesse non esset, nisi haec, quotidie ante oculos posita, magis oblivisci quam recordari homines vellent.

Ep. 21. Ad Ex. Ruhnk. Σιμωνίδου. et duobus versibus auctius, qui etiam apud Sylburgium p. 517. inveniuntur.

Οὐκ ἐπιδὼν νύμφεια λέχη κατέβην τὸν ἄφυκτον
Γοργίππος ξανθῆς Περσεφόνης θάλαμον.

quae nos in Ep. 22. contulimus; ubi, quod et Burm. dedit ad Anthol. Lat. t. 2. p. 222. κατέβην legendum. Neque aliter Grotius.

Ep. 23. Est in Ed. Ernesti p. 287. In Latinâ versione lege *Didymen*, ut erat in M. S. Grotii.

Ep. 24. Ut supra p. 288. ἀναπαύεται frequens de eo, qui vitae molestias reliquit, ut Tit. 25. E. 22. et L. 1. Tit. 5. E. 24. Conf. Albert. Observ. p. 492. et 493. Ceterum vid. Barthium ad Statii Thebaid. L. 3. v. 98. p. 700. Burm. ad D'Orvillii Sic. tom. 2. p. 449. et Wyttenb. Bibl. Crit. vol. 1. part. 2. p. 36. et 37. Mihi unice placet lectio, quam dedit Salmasius ad Tertull. de Pallio p. 334.

Ἦλθε δὲ Πελλαῖος βοῦς μέγας εἰς ἀΐδην.

Nicodemo Frischlino interprete

Ivit Alexandri sub Styga Bucephalus.

Non dissimile illud L. 1. Tit. 34. Ep. 3.

καὶ Νέστωρ δ' ἤλυθεν εἰς Ἀΐδην.

Ad rem Seneca Troad. Act. 2. 396. et 397.

Sed hic, quo regimur, spiritus effluet.
Post mortem nihil est, ipsaque mors nihil.

ubi ad meum exemplum notavit elegantissimus Broukhusius Minucii Felicis verba in editione Hackii p. 329. et in ea Gronovii p. 359. *Nec ignoro plerosque conscientiâ meritorum nihil se esse post mortem magis optare, quam credere.*

v. 6. Br. pro εἰς, εἰν, quod citatum carmen refutat.

Ep. 25. Variantes lectiones hae sunt; Ed. Princ. v. 1. πρὸς Διὸς ξενίου — ut Ald. prima, Juntina, Basil. et Ascens. ubi γονούμεθα. Secunda Ald. vero πρὸς Ζηνὸς ξενίου — cum Tertia, Veneta, et Stephan. Br. πρός τε Διὸς ξείνου, ut ad Ex. Steph. Canterus. v. 3. πολύνεικον. quod non in aliis. v. 5. ὑπὸ θνητῶν, ὑπ' ὀθνείων — seu potius ὀθνείων. ad Ex. Oudendorpii.

Ep. 26. ἰσόψηφον ut ex Grut. ad Ex. Ruhnk. notatum.

Ep. 27.

Ep. 27. v. 1. Br. *Σατύρου.* et alii, *'Αρχίλοχον.* In versione lege *Sidonis*, ut erat in M. S. v. 2. *κρύφε*, ut ad Ex. Ruhnk.

Ep. 28. v. 1. Br. *εἰσαθρεῖς*, ut apud Diog. Laërtium p. 182. et Muretum in Catullum c. 7. p. 12. Ed. Ruhnk. tom. 2. p. 730. ubi elegantissimi viri notas consule. De eo pluribus egit Averanius Dissert. XI. tom. 1. p. 104. Est allusio in nomine, quam explicuimus ad L. 2. Tit. 5. Ep. 9. In omnibus priscis hoc cum sequente conjunctim legitur. Ad Ruhnk. Ex. notatur. „ Hagenb. Ep. Epigr. p. 257. Gesn. Comm. Gott. IV. p. 108." apud me p. 377. Adde Barthium ad Claudian. p. 771. qui haec separari maluerunt. Sed conf. inprimis ad citatum Laërtii locum doctissimi Menagii notas p. 150. Suavissimum hoc carmen vocat Mitscherl. ad Horat. L. 3. c. 19. v. 26. Quid plura? de his egit optimus Poëtarum interpres P. Burmannus Sec. ad Anthol. Lat. tom. 1. p. 669.

v. 3. *ἐῷς* male in Ed. Paris. ad quam provocatur, legitur pro *ἐῷος*, ut est in praestantissimâ Juntinâ et aliis bonae notae Editionibus.

Ep. 30. Citat hoc Suetonius in Nerone cap. 38. ubi vide VV. DD. notas. Jo. Brodaeus in Miscell. l. 6. c. XV. modeste quidem, sed non vere reprehendit Erasmum, quia vertit Adag. p. 141. *me mortuo conflagret humus incendiis.* Qua in re tamen refellitur a Fabricio ad Dionem Cassium p. 895. Conf. Davis. ad Cicer. de Finibus L. 3. c. 19. p. 259. Proba quoque Alciati Latina versio,

Me terra functo misceatur ignibus.
Id curo nihil. Mea probe se continent.

Ep. 31. v. 2. Ad Ex. Ruhnk. *γρ. κἂν θάνε γηραλέος*; ut apud Salmasium p. 57. et Br.

ΕΠΤΑ ΔΕ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤ' ΕCΧΟΝ ΜΗΝΑC ΕΙΚΟCΙ Θ' ΗΜΕΡΑC.

Grut. DCLXXXIII. 7. e schedis Scaligeri. Praemittuntur haec, *Romae in aedibus Maphaeanis: Nunc ad aquam Virginem in aedibus Francisci Grilli anno* 1663. *Gud.* Tum ad v. 3. Gudii emendatio apponitur Αἰολίδος, quod recepit Brunckius T. 3. p. 313. probante Jacobsio. v. 4. ἴδη κ' ἀρετῆς. Sic Gruterus. Sed Fleetwood. apud quem legitur hoc Epigramma p. 240. recte ἤθηκ' ἀρετῆς. Et sic etiam Brunckius.

Grut. p. DCLXXXV. n. 10. e Smetio. Supra: *Romae apud Delphinium.* Pro σέρνον, quod operarum vitium est, lege στέργων.

Grut. p. DCCI. n. 10. e Smetio p. 131. Supra scriptum: *Romae in clivo Capitolino urna depositoria oblonga.* Dedit etiam Fleetwood. in Syll. p. 251. 2. Jacobsius in Paralipom. II. p. 768. n. 18. et in Anth. Palat. Appendice T. II. p. 809. v. 1. ΑΤΙΝΙΑΝω ΚΑΚΕ ΔΑΙΜΟΝ, quod praeter Grotium et Fleetwood. secutus est etiam Bened. Hegius in versione metrica apud Gruterum. At Jacobsius Ἀτινιαν ὦ κακὲ δαῖμον scripsit, quod de muliere sermonem esse doceat in v. 3. πόσιν. Sed haec quidem ratio corruit, si cum Grotio pro πόσιν legas κάσιν. Attamen Dativus Ἀτινιανῷ valde hic incommodus videtur. Probabilius scribas ἐφυλάξας Ἀτινιανόν. Est autem sive Ἀτινιανῷ, sive Ἀτινιανόν, quadrisyllabum tribus posterioribus productis. In inscriptionibus passim et Atiniani memorantur et Atinii. v. 2. Οὐχ ὁσίως. Molestum asyndeton, cujus tollendi causa Jacobsius tentat κοὐχ' ὁσίως vel οὐδ' ὁσίως. In fine versus κατέθου correxit Gudius, quem secutus est Jacobsius. Dubitat autem hic, utrum sit accipiendum, *non, ut fas erat, pietatis persolvisti mercedem, Rusticum ceterosque proximos ereptos*, an vero, *non, ut fas erat, pietatis in pretium ei, composuisti Rusticum cet.* Equidem prius praeferam. v. 5. ΤΑΡCΟΓΕΝΗ Smetius, unde ΤΑΡCΟΓΕΝΗ fecit Casaubonus, quod probavit Hegius, reddens *Tarsigenam.* Scaliger vero legendum existimavit Τ ΑΡΓΟΓΕΝΗ *Argivam;* Grotius autem, claram Pompejorum gentem cogitans τ' ἀστρογενῆ maluit, ut *siderius sanguis* dicitur apud Val. Flacc. Lib. 7. v. 136. *siderius gener* (Honorius) apud Claudian. in Conf. Mallii Theod. v. 265. In fine versus marmor Πούδεντας, quod recte retinuerunt Fleetwood. et Jacobsius, syllaba Που correpta, quae brevem Latinam *Pu* reddat. Conf. Dio Cassius Lib. XVII. c. 29. Est sic Πόσουμος dactylus in Apollonidae Epigrammate apud Brunckium Lect. et Em. p. 159. v. 7. 8. Avus moriens magnum ex se genus, juvenis ante matrimonium discedens nullam ex se prolem reliquit.

Grut.

Grut. p. DCCIII. 1. e schedis Ursini. Supra monetur exstare Epigramma *in tabula marmorea effossa in via Lavicana in vinea Lauri a.* 1590. Epigrammati subjiciuntur haec Π ΑΙΛ ΑΒΑCΚΑΝΤΟC ΑΙΛΙΑ ΠΡωΤΗ ΘΥΓΑΤΡΙ ΕΖΗCΕΝ ΕΤΗ Ζ ΜΗΝΑC ΙΑ ΗΜΕΡΑC ΚΖ. Bene de hoc Epigrammate meritus Scaliger in Corrigendis ad Gruterum, quem in omnibus secuti sunt Grotius et Brunckius T. 3. p. 312. Vide hunc in Lect. et Em. p. 298. et conf. Burm. Sec. ad Propert. Lib. 4. El. 7. v. 59. v. 6. Marmor. ΟΥ ΠΙΝΗC ΟΥ ΔΙΨΟC ΕΧΕΙC, unde Jacobsius ad Anth. Palat. Appendic. legendum conjicit οὐ πεινῇς, οὐ δίψος ἔχεις.

Grut. p. DCCLVI. 6. Epigramma scriptum in lapide quadrato. Supra Θ. Κ. Infra ΧΑΙΡΕΤΕ. ΖΗCΑCΗ ΕΤΗ ΛΕ ΖΗCΑΝΤΙ ΕΤΗ Δ ΗΜΕΡΑC ΙΒ. Vid. Beger. Spicil. ant. p. 114.

Grut. p. DCCLXIX. 4. e Smetio, apud quem exstat fol. CX. verso. Dederunt etiam Fleetwood. p. 281. Bonada T. II. p. 138. Brunck. in Lect. et Em. p. 302. Murator. p. MCCCXXIII. v. 1. Ineptissimum hunc versum, nec ullam efficere sententiam pronuntiant Scaliger in Corrigendis ad Gruterum et Fleetwoodius, quibus fere adstipulatur Iacobsius. Mihi sententiam bene perspexisse videtur Grotius: sed, ut Graeca expedias, distinguendum post τέλος. Nam priora, seorsim sumenda, valent; Sum, vel Est hoc virtutis monumentum, vectigal fato sive Parcae tributum. Tum sequentia continua sententia decurrunt, Chresta, carum nomen, quae cet. φιλου ουνομα Smet. Grut. φιλουνομα Murator. v. 3. συμαγεκαυσε Smet. Grut. Fleedwood. σωμανεκαυσατο Murator. v. 6. Titulus Α. Ι. ΜΝΗCΤΟC erasis duabus literis. Vitiosissime Muratorius αιμνεστωσα πασα, unde apud Bonadam αἰμνησθεῖσα πᾶσι. Iam in Corrigendis ad Gruterum vera lectio exstabat, quae nec Hegium fugit in Latina interpretatione metrica Epigrammati subjecta, quanquam ei perperam *memor* vertitur. v. 7. κεδνῇ. Grut. ΚΥΔΝΗ. Murator. κυδνῃ. Fleetwood. κυδίη vel κυδίῃ tentabat. Ruhnken. in Ep. Crit. p. 83. κυδνῇ, Kulenkampius in not. MS. κυδρῇ. Brunckius malebat Σοὶ δὲ τάφον σοφίης ἕνεκεν, κυδρὴ παράκοιτις. v. 8. Τεῦξε Φρᾶσας Συνόμηρος Smet. Fleetw. Grut. ΤΕΥΞΕ ΦΡΑCΑC CΥΝΟΜΕΝΟC. Fleetw. in nota συνόμευνος. Murat. Φρασσυ νομευνος. Vera haud dubie lectio est συνόμευνος, ut visum etiam Hultmanno in Miscell. Epigr. p. 440. et Leichio in Cur. Secund. p. 66. quorum hic legit Τεῦξ' Ἐφρᾶς συνόμευνος, ille Τεῦξ' Ἐπαφρᾶς συνομεύνος. Sane requiritur mariti nomen, quod Brunckio quoque latere visum in Φράσας. Eam vocem Grotius praeteriit; Hegius vertit

in-

inquit, ut ad sequentem allocutionem pertineat. v. 9. Ἀγνὴ εὐψύχει. Operarum vitio sic legitur. Corrige εὐψύχει. Grut. ΑΓΕΝΤΙ ΕΤΨΤΧΙ. Unde Leichius fecit Αἰὲν δ' εὐψύχει, Brunckius Ἀλλ' ἄγ' εὐψύχει, laborante metro. Probabilius Scaliger ΑΓΝΕΤΙ ΕΤΨΤΧΕΙ, ut mulier dicta fuerit Ἀγνετις Χρήστη. Sic et Fleetwood. Iacobsius tentat αἰνετὴ εὐψύχει. Idem de formula εὐψύχει videndum notat Reinesium p. 731. 826.

Grut. p. DCCCII. 1. ubi supra adscriptum *Burdigalae in Aede S. Andreae. Marmor hodie ita extritum, ut ne minimum vestigium inscriptionis appareat. Zinzerl. Append. Itinerar. Gall.* 3. Editum a Vineto ad Auson. 210. I. ubi plurimorum Latinas versiones metricas apposuit, inque his suam, quae subjecta etiam Graeco Epigrammati apud Gruterum, et a Burm. Secundo relata in Anth. Lat. T. 2. p. 51. non quod ille vetus Epigramma crederet, sed ut Ferretium L. V. p. 330. sic opinatum refelleret. Graeca dederunt etiam Lipsius in Auctario Smetii fin. Fleetwood. p. 285. Bonada T. II. p. 129. Brunckius T. 3. p. 310. v. 1. κεῖται Marm. κειτε, quod, ut bene monet Iacobsius, e prava seriorum temporum pronuntiatione ortum. v. 2. μεμέρισι. Sic omnes. Sed Fleetwood. in nota. „ Lege μεμέρισαι." Scilicet paruit ille, ut semper, Scaligero, qui sic in corrigendis ad Gruterum. „ Repone ΜΕΜΕΡΙϹΤΑΙ, ut incisum est in lapide ipso. Nam et finales Diphtongos αι, οι corripiunt aliquando veteres quanquam raro." Cum Epigrammatis sententia conveniunt supra L. 3. Tit. 12. Ep. 55. et 56.

Grut. p. DCCCVII. no. e Dousa. Supra monetur exstare lapidem *Alicubi in Graecia*. Tum sic exhibetur titulus:

τυμβον
και. βωμον
μελεαγρω
ενταδε. τεξαν
κυρια. κειμαι
τουδε. παρος
προγηγωσα συνευ
νος. υιοι. δημαγνος
κλεονεικος. γλυκυ
τατω γεν..τη.μν..
μοσυνοις. χαριν
σεκουνδου. επιμε
λουμενων.

Pro τεύξων scribendum τεῦξαν, et sic voluit Grotius. Post σύνευνος minor distinctio ponenda.

Grut. p. DCCCXCVIII. 9. e Dousa. Supra adscriptum ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ τοῦ Πέτρας πλησίον τῆς Θετταλονίκας ἐν χώρᾳ Κουντουριώτισσα καλουμένῃ, ὅπου ἐγένετο πόλις Παυρίσιον. Epigramma ediderunt post Gruterum Fleetwood. p. 301. n. 5. Brunck. in Lect. et Em. p. 303. Jacobsius Anth. Palat. T. II. p. 835. Legitur quoque in Dousae Itiner. Const. p. 103. ubi in v. 1. μοίραι. v. 2. Fleetwood. vitiose νυμφειον θαλαμον. v. 3. Grut. et Fleetwood. γευταμενον. Sed apud Gruterum in nota Epigrammati subjecta „ ΓΕΥΣΑΜΕΝΗΝ legit Reines. ἀθίγης enim loquitur de intacta et virgine. Gud." Hoc probàrunt Grotius, Brunckius, Jacobsius.

Grut. p. DCCCCXII. 12. e Smetio fol. CXII. 5. Supra adscriptum *Romae in domo Jordani Bochabellae ad Sanctum Laurentium in Damaso tabella.* Titulus sic habet

D. M. S.
ΕΝΘΑΔΕ ΓΑΙωΝΑC ΟCΚΙC
ΤΙΒΕΡΗΝ ΠΟΤΕ ΡωΜΗC
ΚΑΙ ΔΕΙΠΝΟΙC ΚΡΕΙΝΑC
ΠΟΛΛΑΜΕΙΤΕ ΤΦΡΟCΤΝΙC
ΚΑΙ ΜΑΙΤω ΘΑΝΑΤω
ΜΗΔΕΝ ΟΦΕΙΛΟΜΕΝΟC
GAIONAS ANIMVLA.

Scaliger autem in Corrigendis legit

Ἐνθάδε Γαιωνᾶς τοσάκις Τίβεριν ποτὲ βρώμῃ
Καὶ δείπνοις κρίνας πολλὰ μετ' εὐφροσύνης
Κεῖμαι τῷ θανάτῳ μηδὲν ὀφειλόμενος.

Grotius diversam rationem secutus Gaionatem Romae non modo coenae magisteria, sed et circa Tiberim aliquam jurisdictionem sive curationem habuisse censuit. Forsitan Curator fuerit Alvei Tiberis et Riparum. Conf. Grut. CDLIV. 3. MXXVIII. 5. v. 2. Ligor. ΚΡΕΕΙΝΑC ΠΟΛΛΑΜΕΤΕ. Ibid. Smet. ΤΦΡΟCΤΝΗC. v. 3. ΚΕΙΜΑΙ etiam Ligorius.

Grut. p. DCCCCXIX. 5. e Metellanis, Verderianis, Sirmondianis. Supra monetur *Aram esse marmoream pulcherrimam Romae in hortis Carpensibus.* Epigramma dedit etiam Jacobs. in Paralip. II. n. 26. p. 775. et Anth. Palat. T. II. p. 819. n. 195. v. 2. νεοιοκόρου. Sic conjunctum etiam Gruterus. A Grotio redditur *aeditui.* Vereor, ut recte. Nam is est νεωκόρος

a νεάς, νεώ. Probabilius, me judice, Jacobsius disjunctim edidit νέοιο κόρου *teneri juvenis.* v. 3. Grut. et Jacobsius θείην. Iidem v. 4. ἀνίῃ. Locus etiam ad mentem Grotii mutata distinctione sic juvandus.

Σπεῦδεν ὁδὸν θείην γὰρ, ἀποπρολιποῦσα μερίμνας
Πευκεδανοῖο βίου ὡς ἀνίῃ καθαρῇ.

Conf. Jacobs. Anth. Pal. T. 3. p. 930. seq. Christiani monumentum esse liquet etiam ex signo crucis subjecto.

Pag. MXXVII. 1. Supra scriptum *Romae:* Grut. *Nunc Augustae Taurinorum in Palatio Ducis Sabaudiae.* Termini titulus post vocem ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ et hoc Epigramma habet et duo sequentia. Subjicitur interpretatio Latina metrica Laurentii Gambarrae. Graeca praeter Gruterum multi ediderunt, quos recenset Jacobsius ad Analecta Brunckii, in quibus haec Epigrammata exstant T. 2. p. 269. v. 1. Ἐχρῆν μέν. Dominus termini, cui Menandri caput impositum et haec Epigrammata insculpta erant, e regione eum collocaverat alterius termini, cui caput impositum Homeri. Hic vero Dominus: *At ponendus*, inquit, *eras, o Menander, cum Amore, cujus mysta fuisti.* ἔχρην frequens de iis, quae fieri debebant, nec facta sunt. Ita accipiendum etiam hoc loco, quamvis aliter visum Grotio. v. 2. συνζῶν Gruter. et alii. Ep. 2. v. 2. πυκασάμενον Lipsius in Auctar. ad Smet. p. 59. v. 2. ἐξεδίδαξας Gruter. probante Leichio in Misc. Lips. Nov. I. p. 496. ἐξεδίδαξα Lipsius, Maffeus Mus. Ver. p. 229. alii. Ep. 3. v. 1. οὐ Φαυλας Grut. Φαύλως etiam Lipsius et alii. v. 3. δευτερα εταξε Grut. et κρειναιν. At jam Lipsius δεύτερ' et κρίνειν. Conf. in Homerum Epigrammata e Gruter. p. CCCCXIX. 1. 2. 3. quaeque ad ea notavimus.

Grut. p. MXXXV. 12. e Sylburgii apographo. Lapis apud Ephesum repertus. Epigramma edidit etiam Brunckius T. 3. p. 311. v. 4. κουκετι ες Grut. v. 6. Brunckius φέρων probante Jacobsio; nec aliud voluisse Grotium ex ejus interpretatione liquet. Nam τοκεῦσι Πένθος — δῶκε φέρων est *Attulit ad parentes relliquias:* ἔδωκε φέρειν esset *parentibus ferendas dedit.* Illud autem haud dubie nexus sententiae requirit. „Non amplius in natali solo Ephesi pedem vivus posui, sed me mortuum eo frater molesta navigatione suscepta transvexit, lugendumque ac sepeliendum tradidit parentibus." v. 7. συκ Αχεροντος Grut.

Grut. p. MXXXVI. 9. e Sylburgii schedis. Supra scriptum εὑρέθη ἐν Χίῳ ἐν τισιν ἐρειπίοις παλαιοῦ πύργου. In insula Chio prope vicum Tepla-

gi Bachi lapidem nostra aetate vidit ac descripsit Akerbladius. Epigramma cum Grotii versione legitur etiam apud Burm. Sec. Anth. Lat. T. 2. p. 221. Antea cum sua versione illud repetiverat Scipio Maffei in Libro de Graecorum Siglis p. 110. Graeca habet etiam Brunckius T. 3. p. 311. v. 2. Conf. Simonidis et Sapphus Epigrammata apud Burm. l. c. v. 3. ΑΜΠΑΛΑ ΓΑΡ Gruterus; sed lapis ab Akerbladio inspectus λαμπάδα, ut verisfime conjecerat Maffeus reddens

Lampada enim tantum vitae mihi tradere daemon,
Non senii longum currere iter voluit.

λαμπάδα etiam Brunckius, ad quem Jacobsius notat respici λαμπαδηδρομίαν Athenis, ubi pueri brevibus intervallis dispositi ardentem facem sibi invicem tradebant. Conf. Ant. van Dale Disf. VI. ad Marm. p. 504. seq. quaeque nos supra diximus p. 179. 183. v. 5. ἐφηβείαις. Sic etiam Brunckius cum d'Orvillio in Vanno Critic. p. 174. Vitiose Gruterus εφηβει θαλλων. Akerblad. in lapide vidit εφεβειαις. Itaque vera lectio ἐφηβείαις. v. 8. ἐπέκρανε. Brunckius malebat ἐπέκλωσε sine causa idonea, ut recte judicat Jacobsius, qui in suis ad Analecta notis lucem etiam toti clausulae affudit collata simili inscriptione apud Chandlerum p. LII. n°. 18.

ὦ γονέες, τί μάτην κενεῷ προσψύχετε τύμβῳ
Μοίρων γὰρ κλωστῆρι τέλος βιότοιο τέτυκται.

Nam et hujus Epigrammatis clausula hoc vult: *Ne frustra porro lugeatis. Nam mihi fatale erat juvenem mori.* Itaque nihil causae erat, cur in notis ad Anth. Palat. Appendicem p. 924. seq. idem Jacobsius eam clausulam, ut ineptam sollicitaret et pro εἰς σε βίου legi vellet εὐσεβίαι.

Grut. p. MXXXIX. 10. e Sylburgii schedis. Supra scriptum ΕΝ ΧΙΩΙ τῇ νήσῳ ἐν τινὶ κήπῳ. Ediderunt Fleedwood p. 322. et Jacobsius in Paralipom. II. n°. 10. p. 762. et Anth. Palat. T. II. p. 803. v. 1. φίλη ἡμέρη. Acquievit, ut videtur, in hac lectione Grotius, reddens *vale lux alma*: Fleedwood. autem depravata verba existimans φίλη ἡμέρη αἱ συνέριθοι mutanda existimabat in φίλαι ἡμέριναι συνέριθοι *amicae, quotidianae mercenariae.* Jacobsius legendum suspicatur φιλίη μέρις, *compar amicum;* Mihi in mentem venit φίλαι ἥλικες.

Grut. Ibidem. 11. e Sylburgii schedis. Supra scriptum *Ibidem.* v. 1. θερμὸς ὁ κλέπτης. Recte redditum est a Grotio *Fur audax.* Jacobsius ad Brunckium, apud quem legitur hoc Epigramma T. 3. p. 198. multa dedit, quibus ea significatio vocis θερμὸς illustraretur. Conf. et Suidas in vo-

voce. Latinis hoc fenfu *calidus* de homine non ufurpatur. Sed paffim funt *calida confilia.* Vid. VV. DD. ad Livium L. 35. c. 32. in fine. v. 2. Gruter. ανχκτι, et fic etiam Fleedwood, qui haec dedit cum abfurda interpretatione p. 321. n°. 3.

Grut. p. MCXXIX. 11. e Pighii fchedis. Epigramma pluribus locis corruptum bene reftituit Scaliger, qui *inepta haec*, inquit, *ex centonibus Homericis. Primus etiam verfus est ex Epitaphio Homeri.* v. 5. Αρτεμιον Grut. 'Αρτεμών Scaliger.

Ex Appendice Gruteri p. MLXXVIII. 1. e Marcanova Grutero mifit Sirmondus. Sed Scaliger etiam de Emend. Tempor. Lib. V. p. 481. et ad Manilium p. 65. protulit hos verfus, quos exftare dicit in arce Athenarum, infimae vetustatis iambos. At vero illos Spartiano duntaxat antiquiores cenfuit Salmafius ad Hift. Aug. Script. T. I. p. 186. cui certum, ex fola hac infcriptione auctorem eum adftruere, Hadriano πόλιν partem Athenarum fuisfe dictam. Conf. et Cafaubon. ad Spartianum ibid. v. 1. Scaliger et VV. DD. ad Hift. Aug. Θησέως πρῶτον πόλις. v. 2. Νῦν δ' 'Αδριανοῦ Scaliger de Em. Temp. l. c. quod expresfit Grotius in verfione. Male omnino! Refpicit enim hic verficulus non univerfam urbem, fed ejus partem ab Hadriano inftauratam, et hinc, Spartiano teste, Hadrianopolin dictam. Ipfe Scaliger ad Manilium d. l. habet ἡ δ' 'Αδριανοῦ et fic ad Spartianum Cafaubonus, quem vide. At Salmafius Αἱδ' 'Αδριανοῦ. Gruterum in omnibus fequitur Meurfius de Fortuna Athenarum c. 10. In Gruteri lectione 'Αδριανοῦ trifyllabum est, ut in ipfius Hadriani Epigrammate de Milite Batavo Anth. Lat. T. I. p. 249. v. 3.

Grut. p. MXCVI. 8. Supra fcriptum, *In ruinis Gortynae in Creta, in vestigiis Hippodromi.* Grutero mifit Pigafetta. Subdita est Latina verfio metrica Furlani. E Grutero repetierunt Fleetwood p. 145. Bonada T. II. p. 537. fed mendofe, et Brunck. Lect. et Em. p. 287. ex ipfo marmore Flaminius Cornelius in Creta Sacra. T. I. P. II. p. 140. v. 2. ὁ θρασύς. Apud Grut. in margine fcriptum non, ut Bonada vitiofe, θραχὴς fed „ f. ΘΡΑΚΗΣ" ut legatur

Μάρκελλον Θράκης μάρψε μόρος ταμίην

quod amplexus est Grotius vertens

—— *Odryfio quaeftor in orbe fuit.*

Sed haud dubie vera est lectio vulgata ὁ θρασύς, de qua recte Jacobfius: „ Mors, inquit, audax dici potuit, quod tantum virum petere aufa fit."

Ta-

Ταμίης autem, ſive *Quaestor*, hic intelligendus, qualis deſcribitur in Juſtiniani novellis XLI et L, Scythiae, Myſiae, Cariae, Cypro et Cycladibus Inſulis praefectus, idem *Praetor Inſularum* dictus in Nov. CLXIII. c. 2. Scilicet labante imperio Romano hae partes factae erant Occidentales. Marcelli autem apud Procopium et alios rerum Juſtiniani auctores memorantur complures, quorum aliquis hic ſignificari poteſt. v. 4. *κουφίζων* ab onere tributi levans, ſive, ut levarentur, faciens. Vide Jacobſium et confer dictam Novellam CLXIII. v. 6. Grut. Fleetwood. et Bonada *Πύῤῥον*. At Furlanus jam *Πύῤῥου* legit, quod commode cum Grotio accipi poſſit de Senatus Principe vel ſupremo magiſtratu, qui Creteníibus *Κόσμος* ſeu *Πρωτοκόσμος* dictus. Vid. Meurſius in Creta Libr. III. c. 9. Itaque minus idoneam ob cauſam Brunckius pro *Πύῤῥου*, quod in textum recepit, potius, ni lapidis fides obſtaret, *δήμου* legendum cenſuit. Sed cum Flaminius Cornelius in lapide ab ſe repertum teſtetur ΒΟΤΛΗΣ ΚΑΠΤΡΟΣ, equidem veram lectionem eſſe conjicio ΒΟΤΛΗΣ ΚΑΙΓΤΡΙΟΣ id est, *καὶ ἀγύριος*, ſatis ad mentem Brunckii. Idem Flaminius pro *θῆκεν* habet *ςῆσεν*, ut ſeq. Epigr. v. 5.

Grut. p. MXCVIII. 1. Supra ſcriptum, *Gortynae ruinis in Creta*. Miſit item Pigafetta Grutero. Subjicitur Furlani interpretatio metrica ſatis inepta. Graeca repetierunt Fleetwood. p. 145. n. 3. Brunckius in Lect. et Em. p. 145. Jacobſ. Anth. Pal. T. II. p. 807. n. 151. v. 1. *τέλεται*. Furlanus hic *Πηλέως* legiſſe videtur. Vertit enim

Hic Pelei poſita est justi praetoris imago.

Sane nomen proprium *Ὑπάρχου* deſideratur. v. 2. *θῆκε* Fleetwood. vitioſe. Sequuntur *ἔςηκα, εἰμί*. v. 4. Idem *τοῖς ἀδίκοισι* et v. 5. *δόγμασι*. v. 6. *Γαίης Ἰλλυρίδος δεύτερον ἥλιον*. Prudenter vertit Grotius *Me, ſol qui Illyriis gentibus alter eram.* Neque enim mihi, ut Jacobſio, perſuaſum, e Graecis ſequi Praefectum hunc ex Illyria fuiſſe. Temporibus, quibus hoc Epigramma compoſitum, *Γαίης Ἰλλυρίδος* appellatione notari quoque potuit dictum a Latinis ejus aevi ſcriptoribus Illyricum, cujus Praefecti Praetorio plures ſubjectae erant Romani orbis provinciae, inque his Creta. vid. Notitia Dignitatum, Meurſius in Creta Lib. III. c. 6. Heyn. ad Zoſimum II. 33.

Grut. p. MXCVIII. 8. e Pighii et Sirmondi ſchedis. Supra ſcriptum *Neapoli in Capella Pontani pro S. Maria litera perfecta et vix antiqua.* Muratorius autem, qui illud ex ſuis et Fratris Jucundi ſchedis

edidit p. CCCLXXIX. 2. servari dicit Romae in S. Mariae Majoris aede. At Neapoli in aede Mariae Virginis et Jo. Euangelistae pavimento inesse tradit Jac. Martorellius de Regia Theca Calamaria p. 324. et hinc Donatus in Muratorii supplemento T. I. p. 184. n°. 4. Legitur etiam apud Fleetwood. p. 146. Brunckium in Lect. et Em. p. 302. et Jacobs. Anth. Pal. Append. n°. 254. v. 2. πρέσβυν κ' Ἀσίας Grut. et Fleetwood. πρέσβυν Ἀσίης Muratorius. εὐπέραμον Grut. Fleedwood., Muratorius. v. 3. ὑπάτου Muratorius. Ceteri in ὕπατον consentiunt Et pertinere putatur haec inscriptio ad Flavium Philippum, qui Cos. fuit cum Flavio Salia a V. C. 1100. a. Chr. n. 348. An eundem, quem ὕπαρχον vocat Sozomenus Lib. III. c. 8. dubitare licet. Conf. Jacobsius ad Brunckium. v. 4. Μακεδονίη Donatus.

Grut. p. MXCIX 3. ex autographo Nic. Fabricii et Cotovici. Supra monetur lapidem e Delo translatum fuisse Venetias. Elegans et vetustum Epigramma ediderunt etiam Fleetwood. p. 146. Brunck. T. III. p. 281. et Jacobs. Anth. Pal. T. II. p. 806. n. 149.

Grut. p. MCXVIII. 9. Grutero misit Sirmondus. Post ex ipso lapide correxit Gudius a. 1662. Ediderunt etiam Fabrettus p. 287: et alii, quos laudat Jacobsius ad Brunckium, apud quem exstat T. 3. p. 306. Hortis Borghesiis, ut e Grutero, Fabretto, aliisque discimus, ara est sepulcri elegans, in cujus corona legitur PETRONIAE MVSAE. Deinde subjicitur hoc Epigramma, sub quo caput est ipsius Petroniae affabre sculptum, huic autem subditum Epigramma sequens. In dextro latere arae Lijra undecim chordarum, in sinistro altera sculpta est quatuor chordarum. v. 2. λειτός Marmor. v. 4. Gudius legendum conjecit Μοῦσα. καλεῖ· κούφη σοὶ χόνις ἤδε πέλοι id est: *clama*, *dic* (o viator) *sit tibi terra levis.* Aliter accepit Burm. Sec. Anth. Lat. T. II. p. 99.

Ibidem v. 1. ~~Σειρῆνα κακῶς κακὸς Gruter.~~ Sed Gudius e lapide correxit, ut hic legitur. Jacobsius autem Viscontio item oculato testi credens in lapide legi, Σειρηνα κακος κακος, hinc Gruteri lectionem veriorem habuit, eamque adeo restituit Anth. Pal. Append. Ep. 349. v. 1 et 2. Fleetwood. p. 201. τις μοι. v. 3. ψυχραῖσιν ἄφαρ σταγόνεσσι λυθεῖσα Jacobsius „ Musa *frigidis guttis* aut *in frigidas guttas* resoluta. Neutrum satis intelligo." Utrumque tamen, me judice, commodam interpretationem recipit; illud, ut frigida gutta seu pluviae seu stillicidii

Pe-

Petroniae causam mortis attulerit; hoc, ut in gelidum ac mortiferum sudorem resoluta subito puella fuerit. Conf. Virgil. III. Georg. 500. seq. ibique Heyn. Prius sequitur Fabrettus atque etiam, ut videtur, Grotius. Mihi altera interpretatio verior videtur. v. 4. Marmor Μουσα εταχη. v. 6. Λειψχνον ου κχλευ σευ σοφιης Grut. et Fleetwood. Quod si legitur in lapide, ut affirmat Viscont. Iscriz. Triop. p. 80. sane probanda ejus emendatio, quam probavit et Jacobs. ad Brunck. et Anth. Pal. App. d. l.

Λείψανον οὐ κάλλευς, οὐ σοφίης τέλεται.

Sed in lapide se vidisse Gudius testatur, ut hic editum. Neque aliter Fabrettus et Gorius. Formae Grotius in versione non meminit. v. 7. Ερρετ ειμερμηρχι Grut. Nihil verius emendatione Gudii, quam habet et Fabrettus. Confer Jacobsium.

Ibid. 8. E Sirmondi schedis. Repetiit e Grutero Fleetwood. p. 202. Idem e schedis Ptolomeis edidit Muratorius p. MLXX. 4. et hunc secutus Bonada T. II. p. 542. v. 1. ωμεμιγεισα Grut. unde verum elicuit Fleetwood. v. 2. Ρηγίῳ ἐν ἱερῷ. Sic recte Muratorius et Bonada. Ρητιω εν ἱειρω vitiose Grüter. et Fleetwood. Eodem hoc versu τεκεν Grut. et Mur. quod recte secutus est Jacobs. Anth. Pal. App. Ep. 375. v. 3. Ἰ'έτρεφον τε εατείμητον Mur. et Bonada. Ατειμητον etiam Grut. et Fleetwood. v. 6. λιπον ταχεα Grut. Fleetwood Mur. Magis etiam vitiose Bonada ταξία. Lectio Epigrammatis apud Brunckium T. 3. p. 312. per omnia similis est nostrae.

Grut. p. MCXXX. 9. Supra scriptum: *In ruinis civitatis Axos in Creta.* Grutero misit Pigafetta. E Grutero repetiit Fleetwood. p. 236. v. 1. ἐνυβρίσσης Brunckius, apud quem legitur hoc Epigramma T. 3. p. 316. et Jacobs. Anth. Pal. T. II. p. 830. v. 2. μηνιση πικρον επαγεσιμη Grutterus, et legitur in ejus Indicum c. I. Επαγεσίμη inter Deorum Dearumque nomina, quam Fleetwood dictam putat ab ἐπάγειν, quod vindictam et poenas peccantibus induceret. Bentlej. in Animadvers. ad Callim. H. in Lav. Pall. v. 130. emendabat Μή σοι μηνίῃ πικρὸν ἐπ' Ἀγεσίλᾳ Περσεφόνᾳ τε κόρᾳ. *Ne tibi irascar apud Plutonem et Proserpinam.* Veriorem lectionem praeeunte Hemsterhusio dedit Ruhnken. Ep. Crit. p. 133. ubi docet construendum esse, μὴ Ἀγεσίλας ἐπιμηνίσῃ σοι. Idem et Grotio placuerat reddenti *Iratus fiat ne tibi Rex Erebi.*

Conf.

Conf. supra ad Lib. 3. T. 1. Ep. 12. quaeque habet Jacobs. ad Br. l. c.

Grut. p. MCXXXVII. 2. E Busbequianis. Supra scriptum *prope Bezinck in Asia in Coemeterio.* Tota inscriptio sic se habet

. . . . . . ΠΑΤΡΙΔΟΣ
. . . . . . ΣΙΚΡΑΤΑΙΟΝ
ΑΙΩΝΑΝΔΡΟΜΕΝΟΤΣΕΝ
ΔΕΧΩΦΟΜΕΝΟΝ
ΩΙΤΟΔΕΣΗΜΑΠΟΝΗΣΕΝ
ΔΕΛΦΕΟΣ ΗΔΕΚ - ΕΑΤΤΟΝ
ΣΩΩΝ ΕΤΦΡΟΝΙΟΣ Κ - ΙΟΤΛΙΑ
ΑΛΟΧΩΝΠΑΙΔΕΣΕΦΘΜΕΝΟΝ
ΠΕΡΙΚΑΣΠΟΤΓΑΙΟ ΕΤΦΡ
ΟΣ ΕΤΚ - ΗΜΟΝΘΗΝ ΕΚΕΝΕΤΟΣ
ΟΤΙΝΤΑΤΤΩΝΤΟΝΕΓΕΙΡΑΦΙΛ
ΜΕΜΝΗΜΕΝΗΑΝΔΡΟΣ ΔΕΙΚΝΤΟ
ΑΛΟΧΟΙΣ ΗΘΕΛΕΩΦΡΟΣΤΝΗΣ

Carmen est Elegiacum, cujus etiam alios versus facile deprehendas, ut hunc

ᾧ τόδε σῆμα πόνησεν ἀδελφεὸς ἠδὲ χ᾽ἑκάτῳ

In hexametro autem, quem Grotius restituit, nomen mulieris mihi latere videtur ΚΤΝΕΓΕΙΡΑ.

Grut. p. MCXLVI. 3. Item e Busbequianis. Supra scriptum, *Amasiae ad ripam Iris ad turrim Meschitae antiquae.* Epigrammati subjectum legitur ετους ροη: quibus non aetas hominis, ut existimavit Fleetwood, p. 253. sed aera temporis significatur. v. 1. περικάλλεα. Sic Gruterus. περικαλλεῖ Brunckius in Lect. et Emend. p. 303. Gruterum sequitur Jacobsius, Anth. Pal. Append. Ep. 240. ad quod conferantur ejus notae. Idem vero in pentametro legendum putat μνήμης σωφροσύνης θ' ἕνεκεν.

Grut. p. MCXLVII. 11. e Nicolai Fabricii Schedis. Supra scriptum, *Venetiis in aedibus Rugeni.* Epigraphe in marmore ΕΤΤΤΧΙΔΗΣ ΞΩΙΛΟΤ ΜΙΛΗΣΙΟΣ. Rectius e Peirescii schedis Sponius Misc. Erud. Ant. p. 347. ΖΩΙΛΟΤ. Inter hanc Epigraphen et Epigramma sculptus est adolescens palliatus. v. 2. Spon. ες δε τε αν. v. 3. 4. Brunckius T. 3. p. 307.

p. 307. et Jacobsius Anth. Pal. App. Ep. 305. ita haec distinguere maluerunt.

Οὔνομα δ' Εὐτυχίδης ψευδώνυμον, ἀλλά με δαίμων
Θῆκεν ἀφαρπάξας ὠκύτατ' εἰς Ἀΐδα.

Grut. p. MCLIII. 5. Grutero Sirmondus, qui vidit *Romae in S. Laurentii in Lucina.* Infra scriptum ΠΑΤΡΩΝ. ΝΕΟΥ. Vim Epigrammatis mihi non recte percepisse videtur Grotius: quippe eo non tam aries cernendus indicatur, quam ὁ δίκηλος arietem ferens, nescio an idem ille *νέος*, juvenis, cui patronus hoc monumentum posuit: et vix dubito, quin δίκηλος hic idem valeat, quod alibi δεικηλίστης. Ipse etiam aries mihi ad artificem pertinere scenicum videtur.

Grut. p. DCCCXLIII. 6. MCLVIII. 7. Priore loco profertur hoc Distichon e gemma onychina Fulvii Ursini et achate gemma Thuani; posteriore ipsius gemmae achatis figura exhibetur, ut eam depinxerat Rigaltius repraesentatis etiam verbis castigatis. Priore loco v. 1. est ΔΙΟC. Η. posteriore ΔΙCCΗ. Ibi quoque in fine versus MEICEIC. v. 2. Τόσσον μισηθῇς. Ita Scaliger in Corrigendis ad Gruterum, sed voluisse videtur *μισηθῇς*, ut correxit etiam Villoison. in Mag. Encycl. an VII. T. II. p. 872. Apud Gruterum autem priore loco legitur TOCCON MICHΘΕΙΗC, posteriore ΙΤΟCCΟΝΜΕΙCΗΘΕΙΗC. Sed de Thuani gemma videantur, quae scripsit Scaliger in Corrigendis. Mihi quoque verius habetur MICHΘΗΙC. Nam soloecismo hic quidem non offendor. Rigaltius eleganter, sed audacius et in alium sensum, emendabat

Τόσσον μὴ μισεῖς, ὅσσον ἐγώ σε φιλῶ.

Jacobsius in Append. Anth. Palat. p. 808. legendum suspicatur Τὰς *μισηθείης*.

CHRISTIANA. Ὡραῖον εἰς ὅραισιν κ. τ. λ. „ Est in Gruteri Inscriptt. p. MXLVIII. 2. ex *Apiano*. hoc est ex Inscriptionibus Sacrosanctae Vetustatis, editis a Petro Apiano et Bartholomaeo Amantio Ingolstadii a. 1534. fol. quo in libro occurrit p. 509. additis picturis et adscripto, *Hanc picturam cum hac inscriptione Wilibaldus secum ex Venetiis attulit.* Wilibaldus haut dubie est Bilibaldus Pirckheimerus Patricius Noribergensis, quem ad hoc opus symbolam contulisse patet ex praefatione in fine et in p. 156." Haec ad me scripsit M. Tydemannus, Vir. Cl. infinitae doctrinae et singularis humanitatis senex, quem super

hoc

hoc Epigrammate consulueram. Supra adscriptum apud Gruterum, est *Epigraphen Crucis*. Verba autem sic exhibita sunt, ut in Cruce inscripta extabant, versus 1. 2. 3. 7 et 8. in ligno Crucis erecto, 4^tus in transverso ad sinistrum, 5 et 6. ad dextrum latus. Erat autem, ut item apud Gruterum monetur, supra transversum lignum ad sinistram quidem imago Christi subjectis literis IΣ XΣ, ad dextram vero imago Virginis et literae MP ΘΤ; infra lignum vero, ad dextram imago Michaëlis et literae MX, ad sinistram autem imago Gabrielis et literae ΓΒ; tum in erecto crucis ligno Epigrammati subjecta erat imago, quam appositae ad dextram et sinistram literae significabant esse Demetrii. Hinc supra Gruterus: *Hierosolymis Epigraphe Crucis neque antiquis Iambis neque bonis; jussu Demetrii Imp. Constantinopolitani, quem ego quis sit nescio.* Bene autem docuit Scriverius in Varior. Corrig. ad Grut. p. CCCLIII. Demetrium intelligi non Constantinopolitanum Imperatorem, qui nullus fuit, sed celeberrimum Thessalonicae et in tota Graecia martyrem. Sunt et alia apud Scriverium, quibus historia hujus monumenti illustratur. Scilicet non fuit ea crux Hierosolymis facta, sed Constantinopoli ab Imperatore, cui nomen Romanus, quippe in v. 5. non 'Ρωμαικῆς legendum sed 'Ρωμανὸς, et erat ξύλον, lignum, versu 4 memoratum, pars verae crucis inclusa auro pretiosisque exornata gemmis. Non vero mansit tam insigne monumentum Constantinopoli, sed translatum est Trajectum ad Mosam, ubi Scriverii aetate adservabatur in templo B. Virginis. „ Communis persuasio, inquit, habet crucem hanc Trajectum missam esse a Philippo Imp. Constantinopolitano A. 1204. imperii ejus 4^to. Sed error vulgaris est. Nullus enim tunc ejus nominis Constant. Imp. fuit, quum a Latinis a. 1205. demum capta est." Erratum in eo tantum, quod Philippum Constantinopolitanum Imp. prodiderunt. Germanus Imperator Philippus, ut socerum suum Isaacium Angelum a fratre Alexio dejectum Imperio Constantinopolitano restitueret, sociis cruce signatis Constantinopolin cepit a. 1203. qua occasione templorum maxime spoliis Latini ditati sunt. Vid. Nicetas in Alexio L. III. c. 8. seqq. et in Isaacio c. 1. Itaque crucem quoque istam Philippus anno seq. mittere Trajectum ad Mosam potuit. Citatus a Scriverio J. Gretzerus, de Sancta Cruce, Libro Quinto (p. 2452. Edit. Ingolstad. anni 1616.) et haec et alia lectu non indigna habet cum addito crucis illius et inscriptionis ectypo, in

quo

quo crux geminata, versus etiam aliter, quam apud Gruterum, dispositi apparent. Ceterum hodie, templo B. Mariae Trajecti in armamentarium converso, quid eo donario factum sit, ignoratur. Suspicio est illud intercidisse bello Francico. Servata ejus delineatio apud B. Mariae quondam Canonicum van Gulpen additam habet Latinam versionem Epigrammatis, unde lectio Ῥωμανὸς in v. 5. firmatur, quam et Gretzerus agnoscit. Cum autem quatuor hoc nomine Byzantini Imperatores fuerint, quis eorum auctor donarii fuerit, incertum est. Romanus quidem IV. Diogenes acerrimus fuit barbarorum propulsator. v. 1. 2. Graeca hic minus intellexit Grotius; nec melior versio apud Gruterum. Bene Gretzerus „ Loquitur, inquit, in hoc Epigrammate homo per lignum olim perditus et postea beneficio Christi per lignum reparatus. Lignum ait, illud *bonum ad vescendum et pulchrum* oculis et aspectu delectabile, quod primis parentibus in paradiso objectum est, gustu suo necat me, qui sum secundum imaginem Dei formatus". Sed legerat Grotius cum Grutero in versu 2 τοῦ, cum inscriptio habeat τὸν. vs. 6. ἀρετῶν. Apud Grut. et Gretzer. est ΑΡΕΤΩΝ. v. 7. χαρίτεσσιν ὡραΐωσε. Grut. ΧΑΡΙΣΙΝ ΩΡΑΙΩΣΕ, Gretzerus ΧΑΡΙCΙΝ ΩΡΑΪCΕ. Qui Philes et aliorum ejus aevi scriptorum iämbos meminerit, ab his emendandis manum abstinebit.

Grut. p. MCLXI. e Busbequii schedis. Supra scriptum *Anguriae*, id est Ancyrae, in cujus urbis porta fuisse inscriptio videtur. v. 2. ἐπηρμένας. Grut. ΕΠΗΡΜΕΝΑΣ, quod servandum erat. v. 5. Τῷ εὐσεβεστάτῳ κ' Αὐγούστῳ. Lapis apud Grut. ΤΩΕΤΣΕ-ΩΚΑΙΠΟΤΣΤΗ. Ipse correxit Τῷ εὐσεβεῖ κἀπτουσιώτῃ. v. 6. Μιχαὴλ Michaëli. Num Balbo? v. 8. δεῖξα γε. Vocalam hanc metri causa additam a Grotio non habet Gruterus.

Inter Arundelliana in Anglia. In Claudium Agathemerum Medicum. Primus edidit Reinesius Inscr. p. 601. deinde alii, quos recenset Jacobs. ad Analecta Brunckii T. III. p. 276.

Ad Mantissam Quartam. Leonidae Tarentini. Habet Brunckius T. I. p. 224. qui in Lect. et Em. p. 49. Τοῦθ' ὑπὸ δισσὸν ὄρος bene explicat et doctorum virorum conjecturam λισσὸν scite ex aucupum et venatorum disciplina refellit. Ceterum de hoc et seq. Ep. videndus etiam Burm. Sec. ad Prop. Lib. 3. El. II. v. 43. p. 627. v. 1. Cod. Palat. πετεεινά, quod recepit Jacobs. Anth. Pal. T. II. p. 116. v. 4. Cod. Pal. συναγεύω, unde Jacobs. d. l. συναγρεύσω recepit.

Satyri. Habet Brunckius inter ea, quorum Auctores latent, T. 3. p. 184. quanquam, ut ipse testatur Lect. et Em. p. 267. Auctorem ejus Satyrum prodiderat jam Salmasius in Ex. Plin. p. 766. ubi hoc Ep. exstat cum Lat. versione metrica. Sed Brunckius poëtam Satyrium Thyillum noverat, Satyro locum in sua collectione non dederat, imo huic ab aliis tributa Epigrammata omnia in Satyrum transtulerat, cum tamen diversi poëtae fuisse videantur Satyrus et Satyrius Thyillus. Vid. Jacobs. in Indice Poëtar. Epigramm. et Anth. Pal. T. III. p. 633 et 639. v. 2. λαγοκτωλεῖς. Sic etiam Br. et Cod. Pal. At λαγοκτονέεις correxit Jacobs. cum Schaefero. v. 4. Cod. Pal. Ἄνθεσιν ἀκλινῶν Πὰν ἄγει. Salmasius cetera bene corrigens ἀκλινῶν servavit. Sed ι in ἀκλινής corripitur. Itaque ἀκλινέων legendum. Vid. Jacobs.

Philippi Thessalonicensis. Pal. Cod. ΛΑΚΩΝΟΣ οἱ δὲ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛ. et sic d'Orvill. in Sic. T. I. p. 166. et Reisk. Anth. p. 22. Memoria lapsus Brunckius Lect. et Em. p. 180. pro Lacone Leonidam Tarentinum memorat. Epigramma primus edidit Salmas. in Ex. Plinian. p. 73. ex eo emendatius Toup. ad Suidam II. p. 285. v. 1. γυρὴ πόδας. Sic Suidas v. γραῦς, nec aliter Cod. Pal. Significantur pedes morbo contracti et distorti, quamobrem emendatione opus esse mihi non videtur, tametsi probabiliter Jacobsius tentavit ἡ γυιὴ πόδας. v. 2. Vid. Suidas voce παιώνειον. v. 3. 4. Vid. Suidas v. διες[illegible]. v. 4. Τὴν τετρυμένην. Ita Brunckius T. II. p. 213. cum Toup[illegible]. Sed apparet Grotium cum Suida legisse τὴν τετρωμένην, quod h[illegible]bet etiam Palat. Cod. v. 5. 6. 7. Vid. Suid. voce οἶκτος, ubi v. [illegible] αἶτ' ἐρινέμου, quod et Pal. Cod. αἲ πυριπνόου est a Toupio, quem [illegible]t Brunckius secutus est. αἶτ' ἐριβρόμου conjecit Hemsterhusius, quod Ja[illegible]obsio maxime arridet. Mihi in mentem venit αἶτ' ἐριφονόμου ob freq[illegible]entissima in Aetna monte capellarum et hoedorum pascua. v. 6. εὐμεθ[illegible] Cod. Pal. sed Συμαίθου jam ~~Salmasius emendaverat, ut postea~~ Wesselin[illegible] Probab. c. 29. extr. v. 8. Ordo est, ut bene vidit Jacobsius, Καὶ [illegible] λιβὰς Αἰτναίη διεστήριξε τὸ ἀμφίχωλον αὐτῆς σκέλος ἀρτεμές. Postremam hanc vocem male tentatam a Reiskio et Wakefieldio (Sylv. Crit. T. I. p. 143.) firmat etiam Cod. Pal. v. 9. διεστήριζεν Pal. cum Salmasio et d'Orvillio. v. 10. αἱ δ' ἐπήνεσαν. *Annuentes ei dederunt, ut sine baculo domum rediret.* In hanc mentem et Grotius. v. 11. βάσει. Miror

ror unde venerit. Nam reliqui omnes δόσει, neque aliter legit Grotius.

Orbicii ex Consule. Ita Grotius vertit, quaſi in lemmate legeretur ΟΡΒΙΚΙΟΥ ἀπὸ ὑπάτων εἰς τὴν βίβλον Τακτικῶν. ſed Cod. Pal. ΑΔΗΛΟΝ vocat, lemma autem ſic exhibet, Εἰς βίβλον Τακτικῶν Οὐρβικίου ἀπὸ ὑπάτων· ἣν δὲ ἡ βίβλος πόνημα Ἀδριανοῦ βασιλέως, ἢ ὥς ἄλλοι τινὲς Τραϊανοῦ Καίσαρος, unde in noſtro lemmate corrigantur vitioſe ſcripta, Ὀρβικίου et πόημα. *Urbicus*, *Urbicius* nomina ſunt frequenter obvia. Sic Urbicium Meſopotamiae ducem memorat Ammian. Marcellinus Lib. 30. c. 2. Putat Salmaſius, qui primus hoc Epigramma edidit ad Hist. Aug. Scriptor. T. I. p. 3. ſcriptum ab Hadriano Tacticorum opus, cum diu latuisſet, ſub Anaſtaſio tandem emerſisſe opera Urbicii, viri conſularis vel ex Conſulibus, qui multa etiam de ſuo addiderit. Sed, quod 2do verſu est, ἔχειν tantum posſesſorem ejus libri fuisſe Adrianum indicat. Facit autem in postremo verſu mentio Trajani, ut non temere additum putem in lemmate ἢ ὡς ἄλλοι τινὲς Τραϊανοῦ. v. 1. ἐγκύμονι βίβλῳ. Sic margo Guyeti et hinc Brunck. T. III. p. 276. ἐγκύμονα βίβλον Cod. Pal. cum Salmaſio, vitioſa conſtructione. Jacobſ. ad Anth. Pal. T. II. p. 71. legendum conjicit. Τῇ πολέμου κρατ. καμ. ut Grotius vertit *Accipe*. Posſit in hunc ſenſum etiam legi Δέχνυσό μοι. v. 3. ἀεργίῃ Palat. male.

Crinagorae. Edidit Salmaſius in Ex. Plin. p. 596. et hinc Brunckius T. 2. p. 146. quem vide etiam Lect. et Em. p. 162. ubi in verſu 5. pro λάβευ reponendum cenſet λάβε, quod Codex ſic habeat. Sed Palat. Codicis obſcuriores hoc loco ductus esſe tradit Jacobſius Anth. Pal. T. III. P. 544. et verbum συλλαμβάνεσθαι hic requiri ſenſu adjuvandi, opem ferendi, recte ſtatuit. Pro λάβου tamen, quod ei placet, malim λάβευ ob dominantem in hoc Epigrammate Dialectum Ionicam, unde etiam διφέω v. 3. pro διφῶν.

Antipatri Thessalonicensis. Ediderunt Salmaſius ad Hist. Aug. Scriptores T. I. p. 154. et ex hac Mantisſa Burmannus Secundus ad Prop. Lib. 2. El. 25. v. 45. ubi v. 1. καμάτου, unde Brunckius T. 2. p. 115. fecit εὐκαμάτου. Cod. Pal. habet ἀκαμάτου. v. 4. Pro τὴν Cod. Pal. habet τὰν, quod praeferendum ob cetera etiam in hoc Epigrammate Dorica. v. 7. Cod. Pal. κρέσσων. Memor fuit hujus Epigrammatis Schellenbergius in Antimachi Colophonii Reliquiis p. 40.

INCERTI DE ALCMANE. Inter Alexandri Aetoli Epigrammata edidit Brunckius T. I. p. 418. obſecutus Vaticano ſeu Palatino Codici, qui Alexandro adſcribit, et Salmaſio in Exerc. Plin. p. 579. ſeq. ubi hic Epigramma ab ſe correctum dedit, quod, ut ipſe ait, in Plutarchi libello de Exſilio (p. 599.) aliquot mendis inquinatum, nec correctius in membranis Palatinis ſcriptum, ſed alio modo corruptum, invenerat. Jenſius n°. 129. et Reisk. Anth. n°. 780. item Alexandro tribuunt. Sed, cum apud Plutarchum d. l. legeretur, Ἔξεστι δ' ἀκούειν τοῦ Ἀλκμᾶνος, ὡς ὁ γράψας τὸ ἐπιγραμμάτιον πεποίηκε, hinc tam Fulvius Urſinus in Fragm. Lyricor. p. 63. quam Grotius h. l. εἰς Ἀλκμᾶνα ΑΔΗΛΟΝ inſcripſit. Epigramma autem in Plutarcho Wyttenbachii ſic ſe habet:

Σάρδιες, ἀρχαῖος πατέρων νομὸς, εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
　Ἐτρεφόμην, κέρνας ἢ τὶς ἀνὴρ μακέλας
Χρυσοφόρος, ῥήσσων καλὰ τύμπανα· νῦν δέ μοι Ἀλκμὰν
　Οὔνομα, καὶ Σπάρτας εἰμὶ πολίτης,
Καὶ Μούσας ἐδάην Ἑλληνίδας, αἵ με τυράννων
　Θῆκαν Δασκύλεω κρείσσονα καὶ Γύγεω.

Ad illud vero Wyttenbachius. „ Ita, inquit, libri ſcripti et editi. Itaque nil mutavi niſi νόμος in νομός: nec multo meliores ſunt lectiones exempli, quod in Anthologia Cephalae ſervatum est. Meziriacus non male verſu tertio ῥήσσων, quarto εἰμὶ καλᾶς πολίτης". v. 1. ἀρχαῖος etiam Urſin. et Brunckius, at ἀρχαῖαι, cum Cod. Pal. Salmaſius et Reiskius. v. 2. Pal. κέρνας ητισαν ἢ μακέλας. Urſinus e Plutarcheis fecit κέλμις, ἢ τὶς ἀνὴρ βακέλας. Postremae vocis correctio praeclara est. β certo modo ſcriptum facillime in Codd. cum μ confundi docuit Baſtius in Comment. Palaeograph. p. 708. Βακέλας autem Dorice pro βάκηλος *mollis*, *ſpado*, optimum hic ſenſum praebet et egregie quadrat cum ſequentibus χρυσοφόρος ῥήσσων καλὰ τύμπανα. Itaque probata etiam haec correctio Salmaſio et aliis. Reiskii autem μακελᾶν, quod ei est *ligonem exercens*, etiam ſequentibus refellitur. Altera Urſini emendatio κέλμις intellectu difficilior est. *Celmis* unus e dactylis Idaeis, ſolertiſſimus ferri artifex, memoratur in Scholiis ad Apoll. Rhod. I. 1129. et apud Zenob. IV. 80. Palatini Codicis lectionem κερνὰς ita defendi poſse putat Salmaſius, ut affinia ſint κέρνες, κερνοφόρος, κέρνας et hic intelligatur Sacerdos matris Deûm ferens κέρνη ſacra vaſa. Aut hujusmodi quid cogitavit, aut vocem a κεράω, κίρνημι repetendam duxit Grotius, reddens *ad cyathosve* *fo-*

forem. Salmasio tamen praeferendum videtur κελλὰς *sacerdos monoculus* seu *luscus.* Vid. Persius Sat. V. 186. Facillima autem emendatio Reiskii, etiam Brunckio et Jacobsio probata, χέρνας *opifex.* Vid. Hesych. v. χέρνης. E Palatini Codicis lectione ητισανη Salmasius optime restituit ἥν τις ἂν ᾖ. Nam verbum in constructione requirebatur, quod videns Meziriacus, proximo versu scribi volebat ῥῆσσον. v. 3. νῦν δέ μοι ἄλλο Pal. v. 4. εἰμὶ πολυτρίποδος. Sic e Palat. Cod. Salmasius, idque Grotius secutus est. Ursinus e conjectura εἰμὶ πόλεως ναέτης. Meziriacus voluisse videtur εἰμὶ καλᾶς πόλεως. Nam πολίτης metro adversatur. v. 5. Ἑλικωνίδας. Ita cum Cod. Pal. Salmasius, Reiskius, Brunckius. Mihi non displicet Plutarchea lectio Ἑλληνίδας. v. 6. Δασκύλεω. Vide lectionem hanc bene Jacobsium tuentem adversus Bentlejum ad Horat. II. Carm. XVII. 2.

ANTIPATRI. Inter Antipatri Thessalonicensis Epigrammata retulit Brunckius T. 2. p. 119. secutus auctoritatem Salmasii, qui primus hoc Epigramma edidit ad Hist. Aug. Scriptores T. 1. p. 857. ubi certum se habere ait ejus Auctorem esse Antipatrum Thessalonicensem Pisonis, in quem oratio Ciceronis exstat, familiarem: aetate igitur Ciceronis inventas esse rotas aquarias, quarum mentio in hoc Epigr. Idem vero ad Solin. p. 416. B. veriora, ut videtur, de Pisone, cui familiaris fuit Antipater, et hujus aetate doctus, inventas circa Augusti tempora molendinorum rotas scribit. Ita sane statuendum, si Thessalonicensis, qui dicitur, Antipater, hujus Epigrammatis auctor habeatur. Sed Pal. Cod. simpliciter, ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ. v. 2. προλέγει Cod. Pal. v. 3. χορῶν. Sic etiam Cod. Pal. Verissima autem Boivinii, qui post Salmasium hoc Ep. tractavit in Mem. de l'Acad. des Inscr. T. III. p. 391. emendatio legentis χερῶν. Venit idem illud in mentem etiam Heringae Obs. Crit. p. 184, ut et κορῶν, quod praetulit Reiskius. Ceterum operae pretium est animadvertere, ut elegantem Grotius vitiosae lectioni colorem quaesiverit e sequenti ἀλλόμεναι. Sic enim legit, reddens *saltantes.* Apud Salmasium est ἀλλήμεναι, operarum, ut videtur, vitio. Cod. Pal. ἀλλομενον προχιὴν. Sed margo τροχίην. Reiskius ἀκροτάτης ἀλλ. τροχιῆς. v. 5. Pal. Cod. δίνευσιν, et v. 6. σμωδῆ. Reisk. ἑλιχθεὶς, ut ad axem referatur. Sed non opus, ut tum Grotii versio docet, tum Jacobsius.

PHILIPPI. Vide Grotium in Prolegomenis p. XVI. et ad ea notas p.

p. 168. nec non Heliodorum X. 30. et ibi Corayum, unde intelligas πλέγμα et ἅμμα omnino cum If. Vossio de manuum vinculo accipienda esse. Verbum δενδροτυπεῖς in v. 3. ut aliis interpretibus, ita Grotio molestiam creavit. Itaque nec molestia caret in ejus versione illud *velut alta evellitur arbor.* Num et ille cogitavit de restibus, quibus sic tauri ad terram trahantur, ut aliquando magnae arbores? Sed veriora didicisse poterat e Plinio et Suetonio, quos citat. Bene etiam ipse, *Sed rapido saltu;* ut mirer equum juxta quadrupedantem, et quasi junctum σκιρτήματι ταύρων, ab eo nusquam in versione expressum esse. Pro δενδροτυπεῖς autem recte Jacobsius ad Br. T. 2. p. 229. et in Anth. Pal. T. 2. p. 192. et T. 3. p. 589. cum Schneidero legere maluit κεντροτυπεῖς (Conf. Serv. ad Virgil. Georg. III. 115.) et mox pro ζεύξει cum Reiskio ζεῦξε, propter sequens ἐξεκύλισσε, pro quo Pal. Cod. ἐξεκύλησε, Jacobs. in Anth. Pal. ἐξεκύλισε ab ἐκκυλίω secundum praeceptum Brunckii in Lect. ad Theocriti XXI. 70.

Macedonii. Cod. Pal. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΙΚΟΥ. v. 1. ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων. Quomodo hanc lectionem sollicitaverint VV. DD. vide apud Jacobsium ad Brunck. T. 3. p. 112. et Anth. Pal. T. 3. p. 114. At ferendam eam duxerunt Salmas. ad Solin. p. 539. et Reisk. in Miscell. Lips. vol. 9. p. 680. tuitus est Toupius Em. in Suidam. P. 3. p. 286. (Ed. noviss. p. 345.) qui similiter dici notat. apud Stobaeum Serm. CLXXIII. p. 595. κλίναι μὲν ἐλεφάντιναι καὶ ἀργυραῖ, ἐν εἴδει δὲ χρυσαῖ. Mihi θηλυτεράων εἶδος est omne illud, quod mulieres in se spectari cupiunt, facies pulcra, gestus decorus, vestitus elegans, ornatus dives. v. 2. χρυσοκροτάλῳ — σπατάλῃ. Ita Brunckius; χρυσέῳ κροτάλῳ — Σπατάλῃ satis absurde Reiskius χρύσεο κρόταλοι — σπατάλην Cod. Palat. unde recte jam Salmasius legendum vidit χρυσεοκροτάλῳ — σπατάλῃ, quod probarunt etiam Toupius et Jacobsius. Puellae se moventis aurea, praesertim pedum, ornamenta strepitum, ~~κροταλλα edebant.~~ Τὴν σοβαρῶν ταρσῶν χρυσοφόρον σπατάλην memoraverat in simili re Rufinus Anth. Lib. 7. Ep. 177. quem imitatur Macedonius hoc Epigrammate. Nam nec ego de crotalis eximie sic dictis accipiam, et fere dubitem, an Grotius hoc voluerit reddens *Quae circum aureolis se tulit in crotalis.* Sane virum insigniter doctum haud fugiebant memorata apud Plin. H. N. Lib. 5. c. 35. *crotalia*, ornamenti genus a strepitu dictum. v. 3. 4. Huc re-

respexit Suidas in v. Φιλῆται, ubi pro corrupta voce θρυλλήσως, ex hoc Ep. τριλλίσως restituendum esse praeclare vidit Toupius. v. 5. Τὸ δ' αὐξοσέληνον ἐκεῖνο κ. τ. λ. Bene haec explicuit Jacobsius. Post lunae cum sole congressum, σύνοδον, fit αὐξοσέληνον; crescit luna. Crescere non potest, nisi praecedente congressu. Hoc poëta ad mulierem transferens eam amatorum congressu destitutam pristinum splendorem recuperare posse negat. v. 6. Cod. Pal. ἐξέλιπεν.

Iuliani caesaris, *Aenigmatica.* Ex Cod. Bibl. Regiae hoc Epigr. protulit Salmasius in Ex. Plin. p. 726. et interpretationis vicem subjecit verba haec Chrysostomi (de Jurejurando) τί ἄν τις εἴποι περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἳ κοντὸν ἐπὶ μετώπου βαστάζοντες, καθάπερ δένδρον ἐῤῥιζωμένον ἐπὶ τῆς γῆς οὕτως ἀκίνητον διατηροῦσιν, ὥστε παιδία μικρὰ ἐπ' ἄκρου τοῦ ξύλου παλαίειν ἀλλήλοις. Itaque Juliano δένδρον est contus, quem homo in fronte gerit; hujus arboris viva et loquens *radix* est homo, fructus item viventes sunt pueruli in summa pertica collocati. Intra unius horae spatium arbor illa erigitur ac radicitus eruitur, post finem scilicet ludicri deposito conto et abjecto. Τῶν ἀνακτόρων μέσον recte, ut mihi videtur, cum Salmasio Grotius de mediis aedibus accepit. Julianus enim, opinor, rem in suo agi viderat Palatio. Mire Jacobsius *mediam frontem inter tempora* interpretatur.

Simonidae. Quatuor, ut hic, versibus Epigramma legitur apud Salmasium in Ex. Plin. p. 98. D. Auctius e Cod. Vat. dedit Leo Allatius de Symeonibus p. 215. et post alios Brunckius T. 1. p. 143. Est enim Epigramma scriptum εἴς τινα ναυηγὸν ἐν Γερανείᾳ καὶ ταῖς Σκιρωνίσι πέτραις ναυηγήσαντα, ut fert lemma in Pal. Cod. et huc pertinet tertium distichon, quod apud Grotium desideratur,

Νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς· οἱ δὲ βαρεῖαν
Ναυτιλίην κενεοὶ τῇδε βοῶσι τάφοι.

a nobis sic redditum

Nunc est ille quidem sub aquis: sed inane sepulcrum
Praedicat hic misero saeva fuisse freta.

Naufragium is fecerat in sinu Saronico, cui mons adjacet Geranea inter Megara et Corinthum. Vid. Stephan. in v. Γεράνεια et ibi L. Holstenius. Vicinae autem sunt petrae Scironides et Moluris sive Molurias. Vid. Pausanias Lib. I. p. 104. et T. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 307. Sed vicinae quoque insulae Methuriades. Vid. Stephan. in v. Μεθουριά-

ριάδες et ibi Berkelius. Cum igitur in Pal. Cod. legeretur Ἀγγία νιφομένας ἀμφὶ μὲ θουρίαδος, Salmasius Ἄγκεα — Μεθουριάδος correxit, Hemsterhusius autem Μελουριάδος, Jacobsius vero Anth. Pal. T. 1. p. 455. et T. 3. p. 349. Μελουριάδος, quod Meluris quoque petra dicatur. Grotius Salmasium sequitur in versione. Quid vero ortum dederit in Graecis oppositis lectioni νιφομέναν — Μεθουριάδων, ignorare me fateor, quamquam plures insulas Methurides seu Methuriades fuisse Plin. H. N. IV. 12. et Stephanus l. c. docent. Sed νιφομέναν duntaxat in νιφομένων mutandum, ut in Salmasii et aliorum lectione νιφομένας in νιφομένης. Nam Dorismo hic locus non est. v. 1. Cod. Pal. ὄφελεν, quod bene correxit Salmasius.

Callimachi. Sunt item hi quatuor modo versus apud Salmasium in Ex. Plin. p. 601. At jam D. Heinsius in notis ad Horat. p. 18. auctius Epigramma edidit his duobus versibus,

Λυσανίη, σὺ δὲ ναίχι καλὸς, καλός· ἀλλὰ πρὶν εἰπεῖν
Τοῦτο σαφῶς, ἠχὼ φησί τις· ἄλλος ἔχει.

et sic exstat in recentioribus Callimachi editionibus et apud Brunckium T. 1. p. 461. et Jacobsium Anth. Pal. T. 1. p. 462. Est igitur Epigramma ἐς περίφοιτον ἐρώμενον. Poëta fastidire se professus omnes res vulgares unum vehementer amare se Lysaniam significat: sed dicta ejus Echo repetens istum quoque puerum indicat vulgarem. „ Poëtae dicenti ναίχι καλὸς Echo responsat ἔχει ἄλλος, unde apparet, quod αι et ε jam a tempore Callimachi eodem fere sono efferebantur: quod notandum". Verba sunt Bentleji ad Callimachum. Hemsterhusius autem ex iis liquere judicabat hoc Epigramma non esse Callimachi, sed Palladae vel alterius e Justiniani saeculo poëtae. Mihi duntaxat hoc liquet, esse quatuor illos priores versus Callimachi. Duo autem posteriores Grotius, cum ab Heinsio editos ignorare vix potuerit, vertere videtur noluisse. Nam non potuisse quis dicat? Ego sententiam et lusum exprimere studebam hoc modo.

Pulcra autem mea Pausilupa est. Vixdum haec mihi fato,
Garrula responsat montis imago, lupa est.

v. 2. χαίρω, τὶς πόλλους. De hoc usu pronominis τὶς pro ὅστις, ἥτις, ὅ in poëta rariora aucupari solito recte non dubitavit Jacobs. Anth. Pal. T. 3. p. 112 et 740. Itaque nec ipsius egemus correctione χαίρων, ὃ πόλλους, minime autem Blomfieldii commento, χαίρω τῇ πόλλους. v. 3. Cod. Pal. μισῶ et sic Ernestius. v. 4. σικχαίνω. De cognatis verbis

eune-

σιηχαίνω, ομαι et σιαίνω, ομαι, fastidiendi sensu vid. Hemsterhusius ad Scholiasten Luciani T. I. p. 372 et Valckenaer. in Not. Crit. ad Loca quaedam Librorum Sacrorum N. F. p. 340. In v. 5. Αυτανία legendum putabat A. Fabri, cui suffragatur Jacobsius. Sed locus hic esse potest Ionismo. v. 6. Cum apographorum alia τοῦτο, alia τόδε exhibeant, ex hoc ὧδε fecit Bentlejus, quem secutus Brunckius. Cod. Pal. τοῦτο.

Macedonii. Non nisi duo haec disticha protulit Salmasius in Ex. Plin. p. 58. et postea Harduin. ad Plin. H. N. L. 35. c. 12. Burm. Sec. Anth. Lat. T. II. p. 702. Integrum e Pal. Cod. vulgavit Brunckius, T. 3. p. 120. his duobus auctius in fine versibus,

Πλούτου καὶ πενίης κοινὸν πέλω· εἰς μὲν ἀνάγκης
Σκεῦος, τοῖς δὲ τρυφῆς χρῆσι περισσοτέρη.

Quae sic reddere conabamur,

Ut bona sit tenui pariter lautoque supellex,
Illi inopis mensae, divitis huic abaci.

Bene docuerunt Viri Docti agi de vasis fictilibus, quorum fabrica fuit inprimis celebris Surrenti, Pollentiae, et vero, Plinio teste l. c. etiam Astae, unde versu 3. e corruptis verbis Codicis Palatini αἷς ταὶ θ' αἱ τρ. probabiliter L. Holstenius ad Stephan. de Urbibus p. 308. legendum conjecit

Ἀσταί θ' αἱ τριπόθητοι.

Sed cum Grotio Brunckius conjecturam Salmasii probavit. Eodem versu βρομιώδεα πηλὸν equidem cum Jacobsio de limo ad calices seu pocula fictilia accipiam. De vino accepit Hamakerus, Vir. Cl. in Lection. Philostrat. c. 1. p. 9.

Incerti *de balneo fervente.* Epigramma hoc e Cod. Pal. primus edidit Salmasius ad Hist. Aug. Script. T. 3. p. 474. hinc Brunckius T. 3. p. 167. v. 1. πυρὰν μᾶλλον κλήζειν Pal. v. 3. τὸν γείτονα Ἐριννὺς Pal. Cod. corrupte. τὸν ὕφηνεν Ἐρ. est a Brunckio. Jacobsius Anth. Pal. T. 2. p. 439. et T. 3. p. 728. in eandem sententiam, sed propius ad Codicis vestigia, τὸν γ' εἶρεν Ἐρ. At in thalamo Glauces incendisse quidem coronam Furia dici potest, non vero texuisse. Malim igitur ad Grotii mentem, τὸν γ' εὗρεν Ἐριννὺς, vel simile quid. v. 4. Αἰσονίδου Pal. v. 5. εἰμὶ γὰρ ἀνὴρ κ. τ. λ. Sum poëta. Vd. Jacobs. in Anal. cui hoc Epigr. Agathiae referre ingenium videtur.

Lucillii. Hoc etiam Ep. primus edidit Salmasius ad Hist. Aug. Script. T. II. p. 819. Est apud Brunckium T. 2. p. 322. v. 2. Οὐδ' ἄλλον οὐδεν ὅλως ὧν χερὸν ἐστὶν ἔχειν Palat. Priora bene Salmasius correxit. Posteri-

riora correctione non indigebant, ut bene vidit Grotius, et in Anth. Pal. T. 2. p 322. T. 3. p. 659. Jacobsius. v. 5. Εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐςί. Corrigit Eldikius εἰ δ' ἐςὶν τοῦθ' ἡδύ. Vid. supra Add. et Emend. ad Lib. 2. Tit. 31. Sed vulgata etiam valet, *Si decretum est hoc*, sive, ut Grotius reddidit, *Si placet hoc*. v. 6. Pal. αὐτοῦ. Jacobsius Anth. Pal. ll cc. corrigit Ἡμᾶς δ' αὖ τούτοις, i. e. τοῖς δούλοις. Nos servis erimus ad pedes, puerorum instar, ut vicissim ab iis aliquid accipiamus. Conf. Martial. L. 3. Ep. 23.

Antipatri. Tria haec disticha protulit Salmasius in Ex Plin. p. 859. F. At Leichius in Sepulcr. p. 18. Reisk. n. 616. p. 93. et hinc Brunckius, inter Antipatri Sidonii Epigrammata, T. 2. p. 30. e Pal. Cod. quatuor versibus auctius Epigr. ediderunt. Sunt autem hi post primum distichon.

Ἀνία γὰρ καὶ κημὸς ὅ τ' εὐόρνιθι Ταναγρᾳ
Οἰωνὸς βλαςῶν θοῦρος ἐγερσιμάχης
Οὐχ ἅδεν, οὐδ' ἐπέοικεν ὑπωροφίαισι γυναιξὶν,
Ἀλλὰ τά τ' ἠλακάτας ἔργα τάθ' ἱςοπέδων.

Quos ita visum reddere

Nam quid habena sibi, duri quid vincla capistri,
Quid sibi vult Tanagrae Martia gallus avis?
Non ea matronis consueta placere pudicis,
Sed magis in dulci lana colusque domo.

Apud Jacobs. Anth. Pal. T. 3. p. 323. Epigrammati praefixum hoc lemma memoratur, εἰς Λυσιδίκην αἰνιγματῶδες θαυμάσιον, ἧς ἐν τῷ τάφῳ σύμβολα ταυτὰ ἐπέκειτο ἡνία καὶ κημὸς καὶ Τάναγρα ὅ ἐςὶ δίκτυον. Nullum autem rete fuit, τάναγρα dictum; sed fuit πάναγρον seu πανάγριον: habetque adeo Ruhnk. apograph. καὶ πανάγριον δίκτυον et in ipso Epigr. ὁ εὐόρνιθι πανάγρῳ Οἰωνὸς, quae Latine ibi redduntur *avis cavea faustis auspiciis inclusa.* Sed Ταναγρᾳ verior est lectio. De Tanagraeis gallis videndus Jacobsius in Analectis. v. 1. Μαςεύω τίς σου τίς. Hanc Salmasii correctionem etiam Brunckius repraesentavit, quamvis ipsi non omnino satisfacientem, cum non quaeratur, quis symbola illa tumulo imposuerit, sed quare ea aliquis imposuerit. Ipse tentabat τί πεῖ τις. Pal. Cod. habet τις ευαγης, unde Jacobsius in Anal. refingebat τί σύνευνος, in Anth. vero Pal. T. 1. p. 433. et T. 3. p. 323. τί σευ ἀκμὴ, *quid volens cuspis (coeli)*. Mihi legendum videtur τί σευ Ἆγις. *Quid tibi Agis (maritus)*. Mox Pal. Cod. σαλήτιδι πέτρῃ, ut neglectus est etiam Dorismus in ἡνίοχον.

Antipatri. Edidit Salmasius in Ex. Plin. p. 17. C. hinc Brunckius

T.

T. 2. p. 125. inter Antipatri Thessalonicensis Epigrammata. Lemma est in Pal. εἰς Ἑρμοκράτειάν τινα γυναῖκα τεκοῦσαν κθ τέκνα καὶ μηδενὸς ἑωρακυῖαν θάνατον. v. 2. Pal. αὐγασαμην. v. 4. βαρυπενθήτους gravem luctum excitantes. Salm. βελοχεντήτους tentabat. v. 5. Miror ad hunc versum offendisse Viros Doctos. Cum proxime praecesserit κόρας, facile, me quidem judice, in ἐμῶν hic κορῶν intelligitur. v. 6. ἥβαν Pal. et ἀγάγετο, ut v. 5. ἀ μὲν, qui Dorismi bene conveniuut cum νίκημι.

Philoxeni. Primus edidit Salmasius in Ex. Plin. p. 641. F. hinc alii, quos recenset Jacobs. ad Br. T. 2. p. 58. quibus vero addendus Berkelius ad Steph. in v. Μύρα. Praemissum in Pal. Cod. apud Jacobs. Anth. Pal. T. 3. p. 530. lemma mendose vulgatum est, sic corrigendum e Ruhnkenii Apographo, Εἰς Ἑρμοῦ ἄγαλμα παραινετικὸν Ἐπιγρ. v. 1. Τληπόλεμος ὁ Μυρεὺς. Forte idem, cujus meminit Pausanias Lib. 5. c. 8. p. 395. v. 2. Corrige apud Grotium *Polycratis*. Namque ille, ut Reiskius Anth. n. 711. Πολυκράτεω legisse videtur, haud adeo temere, cum Πολύκριτος in usu sit, non Πολυκρίτης.

Diodori. Protulit hoc distichon Salmasius in Ex. Plin. p. 340. C et ad Achill. Tatium Lib. V. c. 6. p. 418. Ed. Bod. hinc alii, quos ad Brunckium T. 2. p. 186. recenset Jacobsius. v. 2. σύμβολον. Salmasio debetur. Pal. Cod. σύμβολα.

Adriani Imperatoris. Primus edidit Salmasius ad Hist. Aug. Script. T. 1. p. 133. hinc alii memorati a Jacobsio ad Br. T. 2. p. 285. Praemittitur in Cod. Pal. lemma Ἀδριανοῦ ἐν τοῖς ἀνεθήκασι Τραϊανοῦ Καίσαρος, quo titulo librum Adriani fuisse colligas e Suida in v. Κάσιον ὄρος, T. 2. p. 249. v. 1. Κασίῳ. Conf. supra dicta ad L. 1. Tit. 31. Ep. 1. v. 5. Constat ex Suida l. c. Trajanum Jovi Casio duo argentea pocula et tauri cornu dedicasse, unde ex Ἄνθετο δοιὰ λῖτα, quod Cod. offerebat, Boivinus dans les Mem. de l'Acad. des Inscr. T. III. p. 356., transpositis duobus posterioribus vocabulis, Ἄνθετ' ἄλεισα δύω correxit. Hoc a Brunckio receptum, inde nostra Graeca occupavit, quamquam Grotiana, *Stragula picta duo*, magis lectionem flagitabant, quam a Codice et Suida in v. λῖτα T. 2. p. 451. quodammodo suppeditatam, amplexus est etiam Albertius ad Hesychium in v. λιτὸ, transpositis item vocibus legens Ἄνθετο λῖτα δυώ. Salmasio ob memorata apud Suidam pocula placebat Ἄνθετο δοιὰ ῥυτὰ; Jacobsio Anth. Pal. T. 1. p. 294. et T. 3. p. 208. Ἄνθετο δοιὰ δέπα. Pro οὔρου, quod unice verum est, Cod. Pal. οὔρανοῦ,

Suidas bis εὖρον habet, loc. proxime cit. et in v. εὖρος T. 2. p. 741. v. 5. Ἔξαιτα. Confirmat hanc lectionem Suidas, v. ἔξαιτον, T. 1. p. 763. ubi hunc versum cum seq. laudans, ἥμος ἀπειρεῖς minus recte exhibet. v. 9. ἰαίνει Pal. Cod. vitiose.

Callimachi. Primus edidit Salmasius in Ex. Plin. p. 264. C. D. ita ut invenerat in Cod. Pal. cum lemmate κωμικὸν τετραμετρὸν, sic scriptis versibus

Ὁ Λύκτιος Μενίτας τὰ τόξα ταῦτ' ἐπειπὼν
Ἔθηκε, τῆ Κερασοῖ, δίδωμι καὶ φαρέτρην
Σάραπι, τοὺς δ' οἰστοὺς ἔχουσιν Ἑσπερῖται.

Notavit idem ad Simmiae Rhodii Ovum p. 169. esse in hoc Epigrammate τῆ pro cape, ut apud Homer. Od. I. 347. Sed ibi quoque κερασοῖ dedit, tanquam esset a κερασὼ, κερασόος, οῦς, κερασοῖ, οῖ. A Guyeto forte est τῆ κερασοῖ in Apographo Ruhnkenii; τῆ κεράστῃ maluit A. Fabri. Omnes autem de Iside cornuta acceperunt. Grotius etiam ita intellexit Epigramma, ut Menoetas (ipsi *Menalcas*) arcum Dianae, id est Isidi, et pharetram simul Sarapidi dedicaret. Sed verissime Bentlejus (in Edit. Callimachi Ernest. T. I. p. 305.) correxit Τῆ, κέρας τοι, ut omnia ad Sarapin referantur, quod recepit et Brunckius T. 1. p. 465. Pal. Cod. τηῖ κέραστοι. v. 1. Μενίτας Pal. et Salm. vers. ult. Ἑσπερῖται. Super his videndi Salmasius ad Solin. l. c. et Bentlejus ad Callimachum.

Iuliani. Esse Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγύπτου docet Cod. Palatinus; in quo subjectum est Epigramma alteri in idem argumentum ejusdem auctoris, quod legitur apud Br. T. 2. p. 494. Anth. Planud. Lib. 6. Tit. 3. Ep. 8. Distichon, quod hic habes, primus edidit Salmasius in Ex. Plin. p. 699. repetivit Br. in Lect. et Em. p. 231. Epigramma integrum a Chardone Rochetto primum e Codice vulgatum (Mag. Enc. an. VI. T. II. n°. 1. p. 101.) dedit etiam Jacobsius in Anal. ad Br. loco prius citato et Anth. Pal. T. 1. p. 104. ubi est altero hoc Disticho auctius,

Ἄγκυραν, γυρόν τε λίθον, σπυρίδας θ' ἅμα φελλῷ,
Ἄγκιστρον, κώπην καὶ λίνα καὶ δόνακας

Quae nos ita reddere studuimus

Suber, adunca ratis retinacula, retia, remum,
Cumque hamo silicem, viminaque et calamos.

λίθον *silicem* eliciendis ignibus accipimus ex Anth. Lib. 6. Tit. 3. Ep. 2. 7. 8. 11. Prioris distichi partes citat Suidas v. ἀλινηχέος T. I. p. 113.

113. ubi τέχνης, et v. ἀδρανέες, T. I. p. 56. Conf. Huschk. Anal. Crit. p. 229.

MACEDONII. In Apographo Ruhnken. supra scriptum: „ Ex Codice Brodaeano Salmasii ad calcem, in Ed. Stephani ad finem Μακεδονίου ὑπάτου. ἀνάθημα τῇ Δημητρὶ παρὰ τοῦ γεωργοῦ. Conf. Brunck. T. 3. p. 320. et Lect. et Em. p. 310. Jacobs. Anth. Pal. T. 1. p. 194. T. 3. p. 182. v. 1. Grotio reddenti *Ecce boves factos de frugibus* obversabatur Homeri versus Iliad. Σ. 574.

Αἱ δὲ βόες χρυσοῖο τετεύχατο κασσιτέρου τε

Quare et hic legisse videtur σίτου δὲ τετεύχατο, vel fortasse σίτοιο τετεύχατο. Nam in hac quidem constructione minime ferendum δὲ eo loco positum. Cod. Pal. habet οἱ τόνδε. Sed supra scriptum σίτου. Prius recepit Brunckius. Mihi, ut Chardoni Rochetto Mag. Encycl. an. VI. T. I. n°. 3. et Jacobsio, praestabilius videtur alterum σίτου δὲ τετεύχατον, quanquam sic quoque molestum δὲ, quod sentiens Jacobsius verba illa tanquam in parenthesi dicta accipi voluit. Et verum est in enuntiationibus parentheticis sic poni δὲ. Sed ea ratione vereor, ne ἀνακολουθὸς oratio reddatur. Sententia quidem agricolae videtur esse, qualis exposita est a Chardone d. l. *Pro frugibus boves tibi debens, o Ceres, non offero illos de stabulo: nam labore suo mihi fruges pararunt: sed offero duos de polenta factos, quos tu propitia accipito.* Frequenter hoc obtinebat, ut e pane vel cera conficerentur hostiae. Locis veterum, quae citavit Jacobsius in Anal. adde Servium ad Aen. L. 2. v. 116. et conf. Graevium ad Ciceron. pro Domo c 54., vs. 6. 7. Laudat Suidas in v. κορινθικόν T. 2. p. 350. nulla interpretatione addita, quam Kusterus adjecit: nec divitem fuisse hunc hominem nec pauperem, sed mediocri forte contentum vixisse; nam τὰ ἀμῆσαι Κορινθικὸν de larga messe accipiendum esse, secundum proverbium: εἴη μοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος, quod Zenobius III. 57. convenire ait optima quaeque sibi optantibus, cum sit ager inter Corinthum et Sicyonem fertilissimus. Sequitur hanc interpretationem Jacobsius: neque ego vehementer intercedo, quamquam in alia ivisse Grotium video, reddentem, *Ex quo nulla mihi messis de pulvere.* Forsitan ille cogitans Hesiodea Opp. ac Dier. v. 481.

Ἄντια δεσμεύων κεκονιμένος

ideo hic quoque legendum putavit, Οὐδέποτ' ἀμήσαντι κονιμένῳ, vel simile quid.

DONA-

Donarium Apollini *ab Achille.* Epigramma hoc etiam Pal. Cod. a ſequente exhibet disjunctum. Sed ut hoc distichon, ita ſequens, ad unum pertinet Diomedis donarium, tripodem, quem in certaminibus ad Patrocli tumulum ceperat. Vid. Epigramma integrum apud Athenaeum L. 6. p. 232. D. Euſtathium ad Homer. p. 1313. 44. ubi, Τυδείδης δ'ἀνέθηκε ut habet etiam Brunck. T. 3. p. 179. Idem et ἵπποισι παρὰ dedit ex Euſtathio.

Pauli Silentiarii. Prims hoc Epigramma edidit Ernestius ad Callimachum T. 1. p. 47. qui ſe illud Ruhnkenio debere monuit. Ex hujus autem Apographo patet, eſſe illud deſcriptum „ e Cod. Brodaeano Salmaſii ad calcem, in Ed. Stephani ad finem." In illo Apographo legitur πανάγρετος, ut in Anth. Pal. T. 1. p. 211. Sed πανάγρεος jam Ernestius dedit ex emendatione, ut videtur, Ruhnkenii idque amplexus est Brunckius T. 3. p. 85. ceterum Epigramma dare ſe profeſſus e Wechelianae exemplari, quo uſus Salmaſius. Jacobſio placet παναγρέτις. Sed fortaſſe aliud quid latet, cum post τόξοιο πανxγρέος, vel παναγρέτις — νευρὰ, minus eleganter in verſu ſeq. inferatur ἀγρεὺς. Divinabam παλιντόνου vel παλίντονος. v. 8. ἀμφὶ δέκις Pal. Male. Vid. VV. DD. ad Heſychium v. ἀμφίδεες. Optime reddidit Grotius *geminis innectens aurea vincla Finibus.* Conf. et Jacobſius.

Simonidae. In apographo Ruhnkenii deſcriptum dicitur e Codice Brodaeano Salmaſii ad calcem in Editione Stephani. Servatum in primis Palatinarum membranarum foliis docet Jacobſius Anth. Pal. T. 3. p. 911. Habet Br. T. 1. p. 142. ubi in v. 2. recte, ut hic, Τίμης'. At Ruhnken. apographum Τιμῆς.

Leonidae Tarentini. Huic poetae tribuitur hoc Epigr. in Cod. Pal. ubi exſtat post Ep. Leonidae in Homerum (hujus Anth. L. 1. T. 67. Ep. 1.) Idem vero ſub Antipatri nomine exſtat Anth. L. 1. Tit. 46. Ep. 1. ubi videantur dicta. Brunck. T. 2. p. 19. inter Antipatri Sidonii Epigrammata edidit. v. 5. Optime Jacobſius in Anal. et Anth. Pal. T. 3. 457. εἶναι pendere duxit ab αἰνεῖσθω, ut ſit *cum laude dicatur eſſe ſecundus ab Jove.*

Callimachi. Vide Historiam hujus Epigrammatis expoſitam ab Ernestio in Excurſu ad Callimach. T. 1. p. 333. Graeca hic data ſunt, ut illa reſtituit Bentlejus ad Callimachum, utque eadem Cod. Pal. exhibet, praeterquam quod ibi in verſ. 1. legitur ἀοιδὸν. Brunckius T. 1. p. 469. ἀοιδῶν cum Bentlejo maluit, ſed in v. 2. pro ἀλλ' ὀκνέω μὴ, ut vul-

vulgaverat etiam Salmas. in Ex. Plin. p. 525. dedit ἀλλ' ὄχ' ἄκρον καὶ et in v. 4. cum Ruhnkenio σύμβολον pro σύντονος, cum Salmasio placuisset σύγγονοι. At Bentleji et Codicis lectiones optime tuitus est Jacobsius Anth. Pal. T. 3. p. 581. Ceterum Grotius interpretatione sua sententiam sequi se ostendit Salmasii aliorumque, qui ad contemtum et reprehensionem Aratei operis Epigramma hoc compositum exstimarunt, maxime, ut videtur, inducti vocabulis χαίρετε et λεπταὶ, quorum illud esse fastidientis ac valere jubentis verbum, hoc tenuitatem sive exilitatem notare opinabantur. Sed χαῖρε apud Callimachum passim verbum est cum honore ac reverentia compellantis. λεπτὸς autem saepe quidem in deteriorem partem, sed nonnunquam etiam in meliorem sumitur, ut bene monuit Ernestius l. c. Itaque causae nihil erat, cur suae opinioni serviens Salmasius pro μελιχρότατον scriberet μελῃρότατον, quod Grotius reddidit *pertricosum*.

Ptolemaei regis. Servatum in vita Arati et saepius editum, a Brunckio quidem T. 2. p. 66. ubi in v. 3. ἀπεσκόπευσα δ' ἀφάμαρτον, ut hic, et apud Burm. Sec. ad Anth. Lat. T. 2. p. 729. qui Epigramma ex hac Mantissa edidit: estque ea lectio jam apud Scaligerum ad Manilium p. 7. et Victorium adeo ad calcem Commentarii Isagogici Eratosthenis sive Hipparchi εἰς τὰ Φαινόμενα. Sed apud Ursinum in Virgil. cum Gr. coll. legitur σκοποῦ δ' ἀπὸ πάντες ἅμαρτον; apud Grotium vero in Notis ad Aratum p. 1. ἀπὸ σκοποῦ ἠδ' ἀφάμαρτον. v. 4. Ursin. Ἀλλά γε λεπτόλογος. Reliqui conspirant in vulgata. Grotius ad Aratum l. c. „ Laudat Rex Ptolomaeus Aratum λεπτολογίας (τοῦ λεπτολόγου) gratia, ut et Callimachus." Itaque tum quidem etiam Callimachi Epigramma in laudem Arati accipiebat. *Deducto carmine* apud Grotium est pro tenui, ut apud Virgil. Ecl. 6. v. 5. ubi vid. Heyn. et Erythraei Ind.

Incerti. Apograph. Ruhnkenii „ Ex Codice Brodaeano Salmasii ad calcem in Editione Stephani

ἄδηλον τίνος ἢ ἐπὶ τίνι.
Σπάρτης καὶ Σαλαμῖνος ἐγὼ φυτὸν ἀμφήριστον·
Κλείω δ' ἠϊθέων ἔξοχον ἢ προμάχων.

Bis legitur in membranis hoc Epigramma. Alibi autem sic scribitur

Κλείω δ' ἠϊθέων ἔξοχον ἢ προμάχων."

Quibus plane similia leguntur apud Chardonem Rochettum Mag. Enc. an. VI. Vol. I. p. 334. et Mélanges T. 1. p. 402. In priore versu non arborem, ut Grotio visum, sed hominem indicari, de cujus origine cer-

tabant Sparta et Salamis, facile Chardoni assentior et Jacobsio, qui hoc Epigr. edidit in Paralipom. p. 652. n°. 43. et Anth. Pal. T. 2. p. 41. At Chardonem sequi non possum, quando posteriorem Pal. Codicis lectionem amplexus reddit *Spartae vel Salaminis filius — ploro fortissimum et maxime imperterritum juvenum bellatorum*. Ut enim de aliis, quibus haec ratio premitur, difficultatibus taceam, incommodus ille versus exitus, ἢ προμάχων, ad quem offendit etiam Jacobsius, Chardonis interpretatione dissimulatur magis, quam explicatur. Jacobsio vitiosa lectio videtur, pro qua fortasse legendum sit ἐν προμάχοις. Lenior hic in Graecis medicina adhibita mutato ἢ in ἐκ, hoc sensu: *praestantissimum ab I de juventute propugnatorem includo*, sive, ut Grotius vertit, *tego*. Chardoni et Jacobsio visum Epigramma habere speciem aenigmatis. Equidem e posteriore versu colligo inscriptionem hanc fuisse sepulcri, quo tectus sive inclusus fuerit juvenis aliquis fortissimus: et hinc pene inducor, ut statuam, priore versu pro ἐγὼ legendum esse ἔχω, ut sepulcrum testetur se continere et includere juvenem, de cujus origine Sparta et Salamis certabant, eundemque bellatorem egregium.

Photii Diaconi. Sub Phocae Diaconi nomine post Huschkium in Anal. Crit. p. 272. e Cod. Pal. edidit Jacobsius in Paralipom. p. 674. n°. 91. et Anth. Pal. T. 1. p. 260.

Inscriptum frontibus eorum, qui adversabantur Theophilo Imperatori Iconomacho. Historia est apud Cedrenum Parte Hist. Byz. Script. 2. T VIII. p. 410. Ed. Paris. p. 521. ubi dicitur Theophilus hos ab se compositos Iambos per puncta seu stigmata inscribi jussisse frontibus Theophanis et Theodori fratrum, qui pro imaginum cultu vehementius ipsi repugnassent. Conf. Constantinus Manasses Hist. Byz. Script. T. XIV. p. 80. Edit. Paris. p. 97. Porphyrogenneti Continuator L. 3. c. 14. Docere Iambi videntur Theophanem et Theodorum, cum per caussam pietatis Hierosolymam venissent, inde, quod superstitionis auctores viderentur, migrare jussos, se Constantinopolin contulisse, ibique in iisdem moliendis pertinaces novam poenam incurrisse. v. 3. σύστασιν. Apud Porphyrogenn. Continuat. in margine est σύστημα. v. 4, 5. Recte reddidit Xylander in Cedreni versione

Apparuere et isti venerando in loco
Superstitiosi erroris vasa pessima.

Quippe σκεύη πονηρὰ δεισ. κτλ. non sunt, ut Grotio visum, *erroris instru-*

ſtrumenta, imagines a duobus illis fratribus *fictae*. (Fere dixeris eum v. 3. legisſe ὅπτησαν) ſed ipſi Theophanes et Theodorus, ut apud Paulum ad Romanos IX. 22. σκεύη ὀργῆς et ἐλέους item homines dicuntur. v. 11. γραφέντες. Bene Grotio vertitur *picti notis*. βαρβαρικῶς ἐκκεντηθέντες dicuntur apud Cedrenum l. c. Mox ἐστιγμένους vocat Methodius. Scilicet, ut item Cedrenus narrat, ante hos etiam Sanctus Methodius in quandam inſulam relegatus, ibi vivus cum duobus latronibus in ſepulcrum incluſus fuerat, in eoque a piscatore quodam nutriebatur; in quem piscatorem cum incidisſent et Methodii rerum quis esſet ſtatus ex eo cognovisſent, per eundem ei miſerunt tres Iambos, quibus ille totidem trimetris reſpondit. Leguntur hi verſus etiam apud Conſtantin. Manasſem Hist. Byz. Scrip. l. c. p. 83. Ed. Pariſ. p. 100. ibi Latine redditi a Leunclavio, ut apud Cedrenum a Xylandro, ſed ita ut Grotianae interpretationis elegantiam non aequiparent.

In tumulum Conſtantinae uxoris Mauritii Imperatoris. Cum ab immanisſimo homine Phoca primum Mauricius cum liberis masculis, post aliquod tempus etiam vidua ejus Conſtantina cum tribus filiabus, interfecti fuisſent, eorum omnium corpora (Decem autem fuere) amici postea ſepeliverunt in fano S. Mamantis, et Phoca jam mortuo, ut videtur, hanc ſepulcro Elegiam inſcripſerunt. Vid. Cedrenus P. 1. Hiſt. Byz. T. VII. p. 3 8. Pariſ. Ed. p. 404. Zonaras Annal. Lib. XIV. c. 14. Nicephorus Callisti Hiſt. Eccleſ. L. XVIII. c. 41. E Zonara et Bandurio Antiquit. Cp. Hiſt. Byz. Script. T. XXIX. p. 154. Ed. Pariſ. p. 179. repetiit Brunckius Lect. et Em. p. 304. ac deinde Jacobſ. Anth. Pal. T. 2. p. 792. Latine ab Hier. Wolfio redditum Epigr. legitur apud Zonaram, Nicephorum, Bandurium et Anthol. Lat. T. II. p. 46. Est etiam Latina verſio metrica Xylandri apud Cedrenum l. c. v. 2. Μαυρικίου τε Cedr.. v. 3. ἡ πολύπαις. In Chronico Paſchali p. 379. Ed. Pariſ. novem ejus liberi memorantur. Sed forte plures habuit. Vid. du Cangius in Fam. Byzant. p. 106. ſqq. Decem corpora ſepulcro condita memorat Nicephorus l. c. καὶ ἡ, Sic Cedrenus aliique omnes, ut Jacobſii emendationi καλῇ vix locus esſe videatur. λοχίη etiam Zonaras et Bandur. at Cedr. λοχείην, Br. et Jacobſ. λοχείη. v. 4. Demonſtravit tanta bene moratorum principum familia, posſe interdum etiam bonam esſe πολυκοιρανίην, contra ſententiam Homeri Iliad. B. v. 204. De Theodoſio quidem filiorum Mauricii natu maximo conſtat, eum vivo patre Caeſarem et Im-

 pe-

peratorem appellatum fuisse. Vid. du Cangius l. c. v. 9. ναὶ ναὶ τὸν γενέτην. Cedr. γενέταν. Vertit Xylander *Sons fuerit genitor;* Wolfius, *Esto: jure pater*, Grotius *De patre praetereo*: omnes in eundem sensum, ut sit ναὶ ναὶ concedentis, jure caesum fatentis, oppositum sequenti μάτην, estque constans illa omnium, quos citavi, Scriptorum lectio. Jacobsius tamen haud inepte legendum conjecit Εἰ καὶ τὸν γενέτην. v. 12. Θρηϊκίοις ἀνέμοις. Thracici exercitus seditione. Apud Cedr. hoc versu est ἐκκλάσθη.

De nave e lapidibus in Euboea posita ab Agamemnone. Procopius de Bello Gothico Lib. 4. c. 22. post memoratam e lapidibus navem in Corcyra, sic pergit: τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἐκ λίθων πολλῶν καὶ ἡ ναῦς ἐκείνη πεποίηται, ἣν Ἀγαμέμνων ὁ τοῦ Ἀτρέως τῆς Εὐβοίας ἐν Γεραιστῷ ἀνέθηκε τῇ Ἀρτέμιδι, ἀφοσιούμενος κἀν τούτῳ τὴν ἐς αὐτὴν ὕβριν, ἡνίκα διὰ τὸ τῆς Ἰφιγενείας πάθος τὸν ἀπόπλουν ἡ Ἄρτεμις ξυνεχώρει τοῖς Ἕλλησιν· ἃ δὴ γράμματα ἐν πλοίῳ τούτῳ ἢ τηνικάδε ἢ ὕστερον ξυνθέντα δηλοῖ ἐν ἑξαμέτρῳ, ὧν τὰ μὲν πλεῖστα ἐξίτηλα χρόνῳ μακρῷ γέγονε· τὰ δὲ πρῶτα καὶ ἐς τόδε διαφαίνεται, λέγοντα ὧδε· Νῆα μέλαινάν ἵδρ. τῇδ. Ἀγαμ. Ἑλλ. σρ. σ. πλ. καὶ ἐν ἀρχῇ ἔχει· Τύνιχος ἐποίει Ἀρτέμιδι Βολοσίᾳ· οὕτω δὲ Εἰλείθυιαν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐκάλουν. Grotius post μέλαιναν ad explendum versum τήνδ' inseruit.

De Romanorum ad Casilinum victoria. Agathias Lib. II. p. 43. Ed. Vulcanii de clade agens, quam Butilino duce Franci et Heruli ab Justiniani copiarum duce Narsete passi sunt ad Casilinum fluvium prope Capuam, etiam indigenarum quendam sibi retulisse tradit, hoc Epigramma tum a quodam inscriptum fuisse ἐς κυρβίν τινα λιθίνην, ἀμφὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ ἱδρυμένην. Sed auctorem Epigrammatis ipsum Agathiam fuisse non sine veri specie conjicit Fed. Morellus ad Constantinum Porphyrogenn. de Thematibus Lib. II. n°. 79, 80. ubi item legitur Epigramma, sed corruptum et mutilum, quod tamen in notis suis Morellus ex Agathia restituit, ut item postea fecit Bandurius T. I. p. 29. Hist. Byz. Script. T. XXIX. p. 23. male tamen in v. 1. vitiosum Κασουλίνου retinens. Ex Agathia repetiit Reinesius p. 349. sq. cum Latina versione metrica Vulcanii et posteriore Morelli. Nam duplex hujus versio exstat, prior Graeco contextui adjuncta, altera in notis edita. v. 2. Τυρήνης perperam emendat Abbas Justinianus Orsinus apud Bonadam T. II. p. 541. Probabilius Jacobsius ad Brunck. T. 3. p. 236. apud Constantinum fuisse conjicit Δέξατο Τυρσηνῆς αἰγιαλὸς κροκάλης. v. 5. Ὄλβιον ναι. Cod. Constant. et v. 6. δεινὸν ἔρευθ.

De Chaeremone Trallibus. Cum Augusto imperante Lydiae urbem Tralles terrae motus vastasset, quidam e vicinia rusticus, nomine Chaeremon, urbis casum misertus longum iter in Hispaniam suscepit, ubi tum Augustus Cantabrico bello occupatus erat, et ab eo impetravit precibus, ut miserae urbi succurreret, quo facto grata civitas Chaeremoni aram cum statua dicavit. Eam aram cum hac inscriptione viderat Agathias, qui haec narrat Lib. II. p. 54. Conf. Dio Cassius T. I. p. 761. Ex Agathia repetiit Muratorius Inscr. T. II. p. 1087. hinc Bonada T. I. p. 277. uterque addita Latina versione metrica Vulcanii. v. 4. Pessime Muratorius et hinc Bonada κεκλυμένων. Vulgatam optime illustrat Jacobsius ad Br. T. 3. p. 188. v. 5. Legit Vulcanius Ἀνθ' ὧν συγγενέες τοῦθ' οἱ βρέτας. Sed Hermannus ad Orph. p. 786. recte monuit fieri non potuisse, ut privati homines (Chaeremonis cognati) statuam illi ponendam decernerent, sibi arrogantes, quod civitatis esset; quare corrigendum censet Ἀνθ' ὧν σύγγνω (pro συνέγνω) οἱ τοῦτο βρέτος. At nihil opus correctione. Συγγενὴς proprie cognatus, hinc est conveniens, similis. Itaque h. l. συγγενὲς οἱ βρέτας est, ei similis imago, sicut apud Platon. in Timaeo p. 33. B. Deus mundo dicitur dedisse σχῆμα ξυγγενὲς, *figuram sibi cognatam*, ut vertit Cicero: ὁμοιότατον αὐτῷ exponit Proclus in Timaeum p. 160.

De Olympi altitudine. (In Graecis corrige ὕψους.) Legitur Epigramma apud Plutarchum in Aemilio Paullo p. 263. (Cap. 15.). Ejus Auctor Xenagoras, quem ex his versibus geometram et poëtam novimus, nescio, an idem fuerit historicus, cujus saepe a Veteribus citantur libri χρόνων et opus περὶ Νήσων, quod fortasse adhaec exstat in Bibliotheca Vaticana. Vid. Vossius de Historic. Graec. Lib. III. in voce. Tradit autem hoc Ep. Xenagoras super Apollinis Pythii in Parnasso monte templum exstare Olympi montis altitudinem decem stadia et plethrum demtis quatuor pedibus: id se ad perpendiculum metientem comperisse. Conf. Petavius Variar. Dissertat. Lib. VII. c. 10. Barthelemius Anacharsidis Vol. III. in nota sub finem Voluminis. v. 1. κορυφῆς ἐστι Bryanus et hinc recentiores. v. 4. πλέθρον. sextantem vertit H. Stephanus, quem vide in Annotatione ad Plutarchum. v. 5. μὲν, id est τὴν δεκάδα. v. 6. σὺ δ' ἄναξ. Poëta hoc nomine Apollinem Pythium compellat. Conferantur clausulae hymnorum Callimachi in Jovem et Apollinem.

Callimachi. Edidit D. Heinsius in notis ad Horatium p. 54. ubi Venusinum poëtam hoc carmen expressisse docet I. Sat. 2. v. 105. seqq. quod Salmasius in Exerc. Plin. p. 601. E. etiam se vidisse ait admodum adolescentem, quum Epigrammata illa describeret, priusquam ea Scaligero transmisisset. Conf. Scaliger Lib. III. Epist. 245. v. 1. ὠγρευτής. Sic etiam Pal. Cod. sed legendum ὠγρευτής, id est ὁ ἀγρευτής. Mox πάντα λαγωὸν et πάσης δορκαλίδος recte contra Mitscherlichium ad Horat. I. Od. 1. v. 27. tuitus est Jacobsius Anth. Pal. T. 3. p. 755. indefessum venationis studium his repraesentari monens. v. 3. Pro κεχρημένος maluit A. Fabri κεχριμένος, Bentlejus κεχαρημένος, Ed. Ern. T. I. p. 302. Sed T. Hemsterhus. ad Callimachi H. in Dian. v. 69. ibid. p. 103. multis prolatis exemplis docens familiare esse χρῆσθαι pro *versari in aliqua re*, sic κεχρημένος etiam hic vindicavit. Mihi quoque sincerissima videtur vulgata, sed quo sensu Grotius expressit. Nam venator prorsus nive et pruina *utitur* ad legenda ferae vestigia iis impressa. v. 5. τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν. Theocritus Id. VI. v. 17. καὶ φεύγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει, unde profecerunt illi, quos laudat Jacobsius ad Brunckium T. 1. p. 263. v. 6. Salmasius κεῖμεν' ὑπερπέταται. Pal. Cod. προφέρεται pro varia lectione.

Incerti. Est ipsius Syllae, quem diserte tradit Appianus de Bell. Civil. L. 1. c. 97. Veneri donarium misisse coronam auream et securim cum hac inscriptione. Eodem pertinet Latinum Epigramma apud Pithoeum L. IV. p. 146. et in Anth. Lat. T. I. p. 39.

Haec tibi diva Venus deponit munera Sylla,
Ut somno monitus Martis armatus in armis,
Pugnantem atque acies armatas inter agentem.

ubi, ut bene vidit Oudendorpius, *armatus* in v. 2. male locum occupavit verbi, quod Graeco εἶδον respondeat. Ipse tentabat

Te somno monitus Martis ferraris in armis,

melius Piersonus

Ut, somno monitus, Martis te vidit in armis.

v. 1. τόνδε. Intellige στέφανον, ut Grotius, vel πέλεκυν, nisi forte, quod Brunckio visum, olim τούσδε, ad utrumque referendum, scriptum fuerit. Favent huic conjecturae Latina v. 2. Brunckius T. 2. 78. ὥς σ' εἶδον. v. 3. μαρναμένων Edd. Appiani Veteres. μαρναμένην ex Cod. Aug. cum Mus-

Musgravio praetulerunt Schweigh. et Anth. Pal. T. 2. p. 781. Jacobsius.

Incerti *in aram, quae in Pythii Apollinis templo erat apud Athenienses.* Prodit Thucydides L. VI. c. 56. Pisistratum, tyranni nepotem, Hippiae filium, cum Archon esset Athenis, in Apollinis Pythii templo aram dicasse cum hac inscriptione, cujus nescio an ipse auctor fuerit, gente natus a Musis haud aliena.

Platonis *de Aristophane.* Graeca, ut hic leguntur, habet Thomas Magister in Vita Aristophanis p. XIV. unde repetiit Bruckius T. 1. p. 171. Apud Olympiodorum autem in Vita Platonis ad calcem Diogenis Laërtii p. 585. in Epigrammatis, ibi quoque citati, versu 1 legitur τόπερ pro ὅπερ et in 2do ζηλοῦσαι pro ζητοῦσαι, quae, nescio an librariorum, vitia correxit Menagius in nota. Verum in Vita Platonis, quae ex Cod. Vindob. edita est in Biblioth. Litterar. et Art. V. p. 11. totum hoc Distichon sic exhibetur.

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ ἤθελον εὕρειν,
Διζήμεναι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

quae vulgatis longe elegantiora judicat doctissimus Heerenius, modo εὕρειν in ἄρδειν mutaveris. Mihi videtur ὅπερ ἤθελον ἄρδειν hominis esse memoriter nec accurate citantis.

Theocriti Comastes, *sive* Idyllium III. Haec a Grotio conversa Idyllia exstant etiam in D. Heinsii Poemat. (Ed. Quart. p. 448. seqq.) et Editione Theocriti Heinsiana p. 409. seqq. ubi conferendum Heinsii monitum p. 413. v. 3. παρκύπτοισα. Bene reddidit Grotius *transversa.* Certe puella in antro versans (vide mox v. 13.) corpore in transversum inclinato inde prospiciebat, ut qui de fenestra prospiciunt, quod παρακύπτειν ἐκ θυρίδος dixit Aristophanes in Thesmoph. v. 803. Conf. et Pac. v. 985. sqq. Ecclesiaz. v. 879. et v. 919. Bene vim hujus verbi illustravit Reiskius ad Constantini Porphyrogenn. Ceremoniale Aulae Byzantinae p. 140. A. 10. v. 9. καὶ προγένειος. Grotius, *promissaque longum Est odio tibi barba.* Male. προγένειος est, cui mentum prominet, ut προγάστωρ, cui venter. In hunc sensum Eobanus Hessus (*An videor*) *prona mea pectora tangere mente?* v. 14. ᾧ τυ πυκάσδῃ. Grotius, *quibus redimita refulges.* Itaque ille coronas intelligebat ex hedera atque filice. Sed intelligendae sunt hedera et filix introitum speluncae obducentes, nymphaeque in antro degentis conspec-

spectum praetereuntibus adimentes. Homerus de Junone sub avis figura Iliad. Ξ. v. 289. Ἐνθ' ἧς' ὄζοισιν πεπυκασμένη εἰλατίνοισιν. v. 18. τὸ πᾶν, λίθος. Grotius, *tota lapis*. Vulgo refertur ad animi duritiem et sic a Scholiasta exponitur σκληρὰ καὶ ἄτεγκτος. Attamen hic ad nexum si attendas, eaque conferas, quae pastor ipse dicit infra v. 39. verior fortasse videatur altera Scholiastae interpretatio λευκὴ ὅλη, οἷον ἄγαλμα μαρμάρινον. *Marmoreos pedes* hoc sensu dixit Ovidius II. Am. XI. 15. et frequenter sic comparatur puellae pulcritudo cum statua. Vid. Euripid. Hecub. 560. quosque laudant d'Orvill. ad Chariton. p. 12. Peerlkamp. ad Xenoph. Ephes. p. 82. seqq. v. 23. καλύκεσσι. rosis, ut bene docuit Kiessling. ad h. l. v. 35. ὦ μελανόχρως. Praeferendum hoc Hemsterhusii conjecturae ὦ μελανόφρυς. Puella non pulcra frustra munus a pastore petiverat, quod ille pulcrae servabat. v. 46. ἀν' ὤρεσι a quibusdam Codicibus oblatum recte recepisse mihi videntur Valcken. et Brunckius. De recepto mox a Brunckio νιν pro μιν haud perinde mihi liquet. Recentior hic Bucolicorum Dorismus plurima habuit Ionica admixta, quorum quid singulis locis secuti sint, nobis nunc judicare difficillimum. v. 53. Malim et ego κ' εἴ τοι, tametsi hic lupi me devoraverint.

Theocriti Helenae Epithalamium *sive* Idyllium XVIII. v. 5. κἀπεκλάξατο. Grotius cum Ald. aliisque Libris Scriptis et Editis maluisse videtur κατελέξατο. v. 6. Valcken. Brunckius et alii μναστεύσας. v. 8. ποσσὶ περιπλίκτοις. Longe mihi quidem praeferenda haec lectio videtur ei, quam e Cod. Paris. receperunt Valckenarius et Brunckius, sive περίπλεκτοι πόδες intelligantur unius cujuscumque saltantium celeri motu perplexi, sive omnium in orbem saltantium inter se connexi, *per mutua nexi*, ut Grotio dicuntur. πλίσσεσθαι, περιπλίσσεσθαι gradientibus conveniunt, non saltantibus. Conf. Ern. ad Callim. H. in Dian. 243. qui h. l. περιπλίκτοις etiam tuitus est ad Callim. H. in Jov. v. 52. v. 12. εὕδεν μὲν χρήσδοντα Toupius probantibus Valckenaerio et Brunckio. v. 14. ἔνας ex Ald. et Flor. Reiskius, Valckenarius et alii. Vers. seq. νὺξ ἅδε pro ἦδε Brunck. et Valck. et initio Valck. κῆς pro κεἰς. v. 26, 27. Graeca hic sunt edita, ut in omnibus leguntur Libris Scriptis. Attamen corruptum esse locum patet, cujus emendandi varias rationes a VV. DD. propositas diligenter recensuit Kiesslingius. Mihi non dubium, quin sententia requiratur ea ferme, quam expressit in versione Grotius.

Ita-

Itaque optimam corrigendi viam ingressi mihi videntur Eldikius et Hermannus, secundum quos malim

'Αῶς ἀντέλλοισα καλὸν ἅτ' ἔφαινε πρόσωπον
Πότνια νύχθ', ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος

vel

'Αῶς ἀντέλλοισ' ἅτε καλὸν ἔφαινε πρόσωπον
Πόττὰν νύχθ', ἅτε λευκὸν ἔαρ κ. τ. λ.

v. 28. seqq. Πιείρη, μεγάλη junxit Grotius cum superioribus, ut ad Helenam referatur. Sed Graecis puellae magis placebant graciles quam pingues, secus atque Orientalium quibusdam. Rectius igitur πιείρη vel Dorice πιείρα jungatur cum ἀρούρᾳ. Quod hanc vocem proxime praecedit, ἀνέδραμεν ὄγμος e Calliergi Editione in alias venit. Ed. Princeps ἀνέδραμε κόσμος habet, et sic plurimi atque optimi Codices. Fateor ita facillimam esse verborum structuram, ἅτε κυπάρισσος μεγάλη ἀνέδραμε κόσμος ἢ ἀρούρᾳ πιείρᾳ ἢ κάπῳ; sed nego poëtam rei rusticae tam probe gnarum cyparissum aliamve arborem dicere ornamentum potuisse arvi, cui magis officiat arbor vel umbra sua vel avibus sub ejus fronde manentibus. Tum et inconcinnum mihi videtur ἢ κάπῳ, sequente, quod ei non respondeat, altero ἤ. Itaque magis est, ut cum Grotio credam in v. 28. designatum fuisse proprium ornamentum arvi, sicut horti et currus in v. 29. Aptissime in hunc sensum Grotius *seges in flaventibus arvis*, potestque Calliergi ὄγμος hoc notare, cum sit proprie trames per segetem a messoribus ductus. Vid. Iliad. Λ. 68. Theocr. Id. X. 2. Congruum etiam huic voci verbum ἀνέδραμεν, at non item adjectivum μεγάλη, cum sit ὁ ὄγμος. Ut igitur haec Calliergi lectio stet, pro μεγάλη ἅτε legendum erit μεγάλητ' ἅτε, vel μεγάλατ' ἅτε, ut quibusdam placet. Sin verior videatur Codicum et Aldinae aliarumque Editionum lectio ἀνέδραμε κόσμος, in ipsis illis μεγάλᾳ ἅτε vel μεγάλατ' ἅτε quaerendum erit nomen, ornamentum arvi designans, quod Eichstädtius etiam cum videret, in Quaest. Philol. Specim. p. 31. acutissime conjecit legendum, Πιείρᾳ μέγα λαῖον ἅτ' ἔδραμε κόσμος ἀρούρᾳ. Quamquam mihi, ut Boissonadio ad Eunapium p. 154. scrupulus haeret super ἔδραμε posito pro ἀνέδραμε, sensu adsurgendi, exserendi se, qui solus convenit h. l. v. 34. ἐκ καλέοντων. Sunt qui formam hanc velint esse Doricam. Plerisque tamen VV. DD. post Casaubonum placuit a Cod. Genev. oblatum καλεόντων. v. 39. ἐς δρόμον — καὶ ἐς λειμώνια φύλλα hoc est ἐς δρο-

ὄρθρον ἐν λειμῶνι. v. 41. Πολλὰ ποθεῦς, Ἑλένα Toupius ex Apollonio Dyscolo et libris Vaticanis, et sic etiam Valckenarius cum Juntina. v. 48. ἀγνοίῃ. Rectissime Valcken. et Brunckius e Codicibus restituerunt verbum Doricum ἀννείαῃ, cujus ἀγνοίῃ non nisi glossa est. v. 55. ἔγρεσθαι — μὴ 'πιλάθησθε e Codd. Vaticanis et Ed. Aldina receperunt Reiskius et Valckenarius. Male autem Grotius reddidit *surgite*, quod est *expergiscimini*.

Theocriti Oaristus *sive* Idyllium XXVII. Conf. C. Barthii Adversaria Lib. 4. c. 8. p. 169. seqq. qui hoc Idyllium etiam Latinis versibus reddidit. v. 1. Τὰν πινυτὰν. Vocem hanc a Grotio non redditam, alii aliter accipiunt. Equidem intelligo sapientem in amoribus, in amatore eligendo pastore. Helena apud Ovidium Ep. Her. XVII. 257.

His ego si saperem, paulloque audacior essem,
Uterer. utetur, si qua puella sapit.

Ita Anth. Lib. 2. Tit. 52. Ep. 11. v. 6. πινυτὸς νόος laudatur parasiti Cynici reliquis cibis praeferentis βολβὰν στρυφνήν. v. 16. λίνον ἄπλιτον quidam libri scripti, quos secuti sunt Reiskius et Brunckius v. 18. Μὴ 'πιβάλῃς. Ante hunc versum a quibusdam inseritur hicce tanquam Daphnidis, Μὴ προβάλῃς τὰν χεῖρα καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμέλξω, quem primus memorans H. Stephanus ipse ignorare se fassus est, unde venerit. Ego cum Kiesslingio puto et istum et ipsum vers. 18. qui Wartono teste in vetustioribus deest libris, ut profectos a lectore petulante, resecandos esse. v. 20. τὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις. Grotius *quo perfide, tendis?* Barthius *tuum est juga saeva manere.* Neutra interpretatio probanda est. Illa enim Graecorum sensum non explicat, haec male explicat, quamvis etiam Wartonus ἀείρεις accipiendum duxerit *attollis* i. e. *sustines*, et Kiesslingius ἀείρειν h. l. idem esse velit ac φέρειν, de quo usu videndum monet Valckenarium ad Adoniaz. p. 326. B. Est quidem ἀείρειν sive αἴρειν τι *attollere quid*, et est pro φέρειν, sed ita, si quis tollat, ut ferat alteri. Atque hoc docet Valckenarius l. c. Agricola αἴρει ζυγὸν, ut bovi imponat. Ita Daphnis quoque semper amoris jugum attollebat, puellae impositurus, unde illa τὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις. Latine reddam *jugum mihi ferre quid instas?* v. 49. διδάξω cum Casaubono intellige, Sacra Veneris docebo, disciplina Veneris imbuam. Non magis hoc sollicitandum quam sequens χνοάοντα,

οντα, quod epitheton ut Malis varii generis, Cydoniis, Persicis, Praecocibus, aliisque optime convenit, cum matura quidem, sed adhuc intacta sunt et recentia, ita praeclare facit ad simile quid in Malis hic significatis indicandum. Conf. Warton. ad h. l. Heyn. ad Virgil. Ecl. 2. v. 51. v. 54. ἀπέστιχες jam olim multis suspectum fuit ob vim transitivam, cum sit apud Homer. Iliad A. v. 522. ἀπόστιχε *recede*, Od. M. v. 143. ἀπέστιχε *recessit*, v. 333. ἀπέστιχον *recessi*. Legendum inde Jos. Scaliger conjecit ἀπέσχισας, vitiosa forma; edidit H. Stephanus ἀπέσχισας. Sed repugnat hoc sequenti ἔλυσας. Probabilius Toupius et Brunckius ἀπέσχασας. Valckenarius Wintertonum laudat, quod ἀπέστιχες reduxerit: itaque ei placuit vulgata, cujus utinam difficultatem expedivisset. Non enim persuadet nobis Reiskius fuisse verbum activum ἀποστίχω, notans *separo*, *removeo*, cum affine illud περιστίχω, ad quod provocat, valde dubiis nitatur Herodoti et Hesychii lectionibus. Ego, dum alia afferantur, pergam isto ἀπέστιχες offendi, pro quo forte legendum ἀνέπτυξας. Nonnus I. p. 15. (Ed. Falckenb.) v. 7.

ἀναπτύξας δὲ σιωπῇ
ἀγνὸν ἀνυμφεύτου πεφυλαγμένον ἅμμα χορείης.

v. 58. ἐμοὶ recte Kiesslingius cum Schaefero. v. 68. Legendum ἀναγραμμένη γε cum Ed. Florentina.

In Statuam Pisandri. In recentioribus Theocriti Editionibus pleraque hic sunt ad Doricae Dialecti legem reformata. Sic v. 1. Τῶ Ζανὸς et ὠνὴρ, quorum hoc confirmat Pal. ὔμμιν postulante metro bene jam Wintertonus. v. 3. πρᾶτος Kiesslingius cum Gaisfordio. Pal. πρῶτος. v. 4. Br. et Gaisf. ξυνέγραψεν. Recte Grotius vertit *celebravit*. Eleganter autem Theocritus τὸν τοῦ Ζανὸς υἱὸν κ. τ. λ. ξυνέγραψε pro *Fuit rerum a Iovis filio gestarum* ξυγγραφεύς. v. 5. Pal. χιλίους, v. 7. πάντας et v. 8. μηδὲν.

FINIS NOTARUM ET OBSERVATIONUM IN ANTHOLOGIAE GRAECAE MANTISSAS.

ADDENDA

AD

NOTAS ET OBSERVATIONES

IN

ANTHOLOGIAM GRAECAM ET MANTISSAS.

T. 4. p. 5. v. 7. pro κ' αὐτὰ legendum κλυτά.

T. 4. p. 184. Lib. 1. Tit. 3. Ep. 2. v. 6. πλάθειν, quod indicatur etiam Codicis Palatini lectione πλάθιν, meliorem quoque versum reddit.

T. 4. p. 186. Lib. 1. Tit. 4. Ep. 8. v. 5. Sana sunt Ἐτμήθη δ' ἀπὸ τῆς στιβαρὸν γόνυ. A vulnere circa talos inflicto serpens σηπεδόνη, putredo, omnem sub genu pedem occupaverat. Genu adhuc integrum, στιβαρόν, remanserat. Id igitur ut a proxima jam peste defenderetur, ἐτμήθη, separatum est ἀπὸ τῆς σηπεδόνος, putrescentibus sub genu recisis. Jacobsius in Palatinae Ed. ἀπὸ τῆς explicat ἀπὸ τούτου, exinde, quod item ferri potest. Conf. Lib. 1. Tit. 59. Ep. 1. v. 6.

T. 4. p. 198. Lib. 1. Tit. 5. Ep. 19. v. 2. κλίνῃ ἐν Ἀλεξάνδροιο βελέμνοις vix sanum est. Cod. Pal. ἐξ Ἀλ. unde Jacobsius fecit κλίνῃ ἐξ Ἀλεξάνδροιο.

T. 4. p. 221. v. 7. Lib. 1. Tit. 12. Ep. 4. Non offendor equidem compositione vocum κλαιωμιλίη et γελοωμιλίη, sed offendor constru-

structione, si, quod vult Jacobsius, recepti a Brunckio dativi κλαιωμιλίῃ et γελασμιλίῃ referendi sint ad κεχρημένος, et hinc pendeant, unde prius genitivi. Prorsus retinenda mihi videtur lectio Palatini Codicis Καὶ κλαιωμιλίη καὶ γελοωμιλίη, ut sit casus non tertius sed primus, per appositionem ad κεχρημένος, hoc sensu, *nihil ipse fletu vel risu indigens, tamen domino ad fletum vel risum societas*, pro *socius*.

T. 4. p. 226. Lib. 1. Tit. 13. Ep. 12. v. 2. Cod. Palat. ἄχη, quod mihi quoque verius videtur, tametsi jejuna haec domus laudatio est.

T. 4. p. 260. v. 16. Lib. 1. Tit. 27. Ep. 6. Consentit Palatinus cum vulgatis. πῦρ ἀπνεὶς ignis est *vehementer spirans*, ut bene Jacobsius. Probum etiam τικτόμενος. poëta, quod de Venere narratur, ad Amorem transtulit.

T. 4. p. 267. Lib. 1. Tit. 31. Ep. 2. v. 3. Ingeniose Jacobsius Anth. Pal. T. 3. p. 461. Τίκτε γὰρ Ἀτθὶς ἀελπτὰ μετ' οὐ πολύ. Et desideratur nomen proprium mulieris.

T. 4. p. 270. v. 2. Lib. 1. Tit. 31. Ep. 5. v. 8. ναΐκαπους Pal. unde Jacobsius in Ed. Pal. fecit Ναΐακοὺς quod interpretatur, Fac salvus ad Naïdem ut redeam; sed vereor, ut probum sit Ναΐακὸς a Ναΐς, ίδος.

Ibid. Ep. 6. v. 3. in Grotianis pro *unda* legendum videtur *vada*.

T. 4. p. 273 et 490. Lib. 1. Tit. 33. Ep. 12. v. 5. 6. κταμένων legisse etiam Grotius videtur. Cod. Pal. κταμένωι. Versu autem 5. exhibet ut in vulgatis. Jacobsius correxit ἢ ἔβλυσεν scilicet πῖδαξ.

T. 4. p. 276. Lib. 1. Tit. 33. Ep. 17. v. 1. Facit Grotii interpretatio, ut ei quoque placuisse credam ψῆγμ' ἀπύρου χρυσοῖο, in quam lectionem maxime inclinat Brunckius.

T. 4 p. 276. fin. Lib. 1. Tit. 33. Ep. 22. v. 6. Jacobsius tentat τὴν σκληρήν. Sane vulgatum nemo facile explicet.

T. 4. p. 277. Lib. 1. Tit. 34. Ep. v. 1. Pal. Cod. ἤνικα τήνδε, unde Jacobsius docte refinxit ἤνικ' ἔτανδον. v. 5. Pal. οἱ δὲ νεὰς ἀχυρίτιδας et v. 6. πρὸς κύτος.

T. 4. p. 279. Lib. 1. Tit. 33. Ep. 30. v. 3. Boschii conjectura ὡς ἀλαλάξε confirmatur Antipatri de eadem re Lib. 6. Tit. 11. Ep. 1. versu 17. ἰρίμυκον ἀπὸ σομάτων ὀλολυγὰν Ἤνεν. Pal. ὡς αὐδα: —

Jacobs. e Suidae lectione ὡς ἂν δέξα legendum conjecit Δεῖσας δ' ω. ἑ. μ. ὡς αἶδ', δέξυ Τύχαινου.

T. 4. p. 281. fine Lib. 1. Tit. 34. Ep. 2. v. 3. in οἱ δ' ἐπὶ τούτοις mihi posse intelligi videntur ἑκαστοί.

T. 4. p. 283. Lib. 1. Tit. 37. Ep. 3. v. 5. Quomodo dici potest εὔπαις, quae liberos omnes rogo progenuerat? Legendum equidem puto Ἡ δύσπαις.

T. 4. p. 287. Lib. 1. Tit. 37. Ep. 22. v. 3. Pro Brunckii lectione facit Codicis Pal. lectio Ἀγρικολαις τετρίμμεθα.

T. 4. p. 289. Lib. 1. Tit. 38. Ep. 11. In Grotianis corrige v. 3. *Boaete*, v. 11. *Lenaee*, *Lyaee*; (p. 290.) Ep. 12. v. 8. *Hortiparens*.

T. 4. p. 291. Lib. 1. Tit. 39. Ep. 9. v. 1. Grotius legit ζιζυφίοις. Sed de amuleto agi docet verbum in v. 3. περιῆψα et tale e vermibus amuletum adversus quartanam febrem commendat Dioscorides Lib. 3. c. 3. ut de his utique accipiendum Epigramma videatur. Κρότων etiam ζωΰφίου nomen apud Suidam v. Κρότωνος ἀγνώστερος. Tum et sequens in Codice versus

Ἴσασι γὰρ σφήκων γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν

indicare videtur, hic de animalculis sermonem esse. Attamen in Codicum lectione λιζύφοις, λίζυφον aliud quid latere videtur, quam ζωΰφίοις, ζωΰφι.

T. 4. p. 293. Lib. 1. Tit. 40. Ep. 7. v. 5. Grotius Phaniam sibi finxit in imo litore pisces inescantem carnibus, eos, ut videtur capiendi, studio: qui cum nihil piscium cepisset, atque in vicina rupe vidisset veri nominis piscatorem, huic dixerit: ades huc, ut quae cepisti vendas mihi, tantopere pisces praeferenti carnibus, ut non dubitem ad inescandos pisces carnes iis projicere. Veni et vide me id facientem. Itaque ψαφαρὸν κλάσμα pisces intellexit. Minus commode! tametsi ψαφαροὺς pisces squamigeros dici non nego. Sequar equidem Jacobsium e Palatini lectione αὐτὸν αὐδάσεις refingentem ἄρτιον αὐδάσεις et cum eo totum distichon sic accipiam, Prudentem me dices, qui ad taedium aridi cibi (panis) fallendum et superandum non carnes, sed pisces quaeram.

T. 4.

T. 4. p. 297. Lib. 1. Tit. 43. Ep. 1. v. 9. Grotius in Parallel. Rerum publicar. p. 11. *praeter Lucinam hos passa dolores.*

T. 4. p. 298. Ibid. Ep. 4. Recte cepit ac vertit Grotius. Boschii sententiae obstat articulus in τὸν Θεὸν.

T. 4. p. 301. v. 10 Lib. 1. Tit. 44. Ep. 6. v. 1. Verissime Jacobsius, qui *prorsus Musarum expertes* sint, iis non a Thucydide tantum, sed a multis aliis longo intervallo a Thucydide distantibus abstinendum esse monet; itaque ineptum esse πάμπαν. Sed sunt alia plura in his Carminibus inepta, nec tamen sollicitanda.

T. 4. p. 303. Lib. 1. T. 46. Ep. 3. v. 5. μηκέτ' Ἄρητον Cod. Pal. quod et Boschium postea probasse video. Recte, cum nec metrum obstet et poëtam Arati Phaenomena respexisse sequens versus doceat.

T. 4. p. 306. Lib. 1. Tit. 49. In Pal. Cod. Epigramma est IULIANI SCHOLASTICI. Ibidem v. 1. Ἑσπέριος. Jacobsio hoc, ut Εὐσέβιος nomen esse videtur famuli.

